PA 4434
.B5
Copy 1

DE

SOPHOCLIS VERSIBVS LOGAOEDICIS ET EPITRITICIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN ACADEMIA FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE OBTINENDORVM CAVSSA

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XIV. MENSIS DECEMBRIS A. CIↃIↃCCCLXIV

PVBLICE DEFENDET

WALTERVS BERGER

LVSATVS.

Immanuel 51810

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

RICHARDVS MVELLER SEMIN. PHILOL. SENIOR.
ALBERTVS DE BAMBERG SEMIN. PHILOL. SOD. ORD.
ERNESTVS WEISMANN STVD. PHILOL.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI.

[1864]

PA 4434
.B5

PATRI·CARISSIMO

PIETATIS·CAVSSA

De Sophoclis versibus logaoedicis.

Post Godofredum Hermannum, metricae artis apud nos antistitem et primum et satis diu solum, et A. Boeckhium nemo eam artem nostris temporibus tam promovit quam Rossbachius et Westphalius. Qui cum Boeckhii vestigia persequentes accuratissimo veterum rhythmicorum studio doctrinam suam de metris superstruerent, eo effecerunt, ut nunc tandem certa eius disciplinae fundamenta iacta sint, quibus nulla in posterum metrorum doctrina carere poterit. Neque satis esse duxerunt, doctrinam suam primis tantum lineis adumbrare, sed utilissimo consilio etiam singula metrorum genera apud singulos poetas, lyricos et dramaticos, accurate distinxerunt, schematisque metricis adscriptis dilucide omnium oculis subiecerunt. Sed in hac metricorum generum descriptione fieri non potuit, quin hoc vel illud metrum, ut singula plus minusve iam pervestigata erant, ita mox uberius et absolute, mox minus absolute tractarent. Atque praesertim in versibus logaoedicis, quamquam hoc quoque genus apud eos melius quam apud priores explicatum, singulorumque poetarum usum hic primum clare distinctum videmus, tamen non nihil restat, quod paullo uberius expositum, certius stabilitum vellemus. Itaque nos operae pretium facturos esse putamus, si in eas leges, quas Sophocles sibi in hoc genere scripserit, paullo accuratius inquisiverimus, sed hoc priusquam aggrediamur, paucis nobis indicandum est, quonam modo nobis versus logaoedici dimetiendi esse videantur.

Meliorem huius metri cognitionem primus Hermannus aperuit, qui antispasticam versuum logaoedicorum mensuram expulit vereque logaoedicam restituit (elem. doctr. metr. p. 225

coll. 524). Sed cum videret in glyconeis, versibus huius generis facile frequentissimis, formam primitivam hanc: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — cum hac ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑̄ — atque etiam cum hac: ⏑ ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏑ — et hac ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — permutari, eo pervenit (elem. p. 526) ut existimaret, solum firmum et stabile elementum in his versibus esse choriambum, qui nunc primum, nunc medium, nunc ultimum locum obtineret. Sed sola transpositio choriambi ad varias illas formas explicandas non sufficiebat, itaque Hermannus, ut ex forma ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — hanc eliceret ⏑ ⏑̄ — ⏑̄ — ⏑ ⏑ —, statuit, iambum in fine prioris versus ante choriambum in trochaeum mutari, contra basin, si post choriambum collocaretur, in iambum verti, ut forma ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — evaderet. Deinde Hermannus sibi persuasit, duas glyconeorum formas exstare, alteram logaoedicam, ex basi et ordine logaoedico constantem (elem. p. 524), alteram choriambicam, ex basi, choriambo et iambo compositam, ex qua varietas illa versuum glyconeorum nasceretur. Contra Boeckhius de metr. Pind. p. 133 cfr. p. 65 sq. solam logaoedicam mensuram admittit, separata autem ab reliquo versu basi, quo vocabulo appellat ordinem trochaicum ex uno pede constantem, qui longiorum ordinum trochaicorum et dactylicorum primae arsi praefigitur (l. l. p. 65). Huius vestigiis inhaerens Selckmannus (de versu Glycon. Berol. 1834 p. 16. 17) ipse quoque versum ex basi et ordine logaoedico compositum esse dicit, polyschematismum autem sic explicat, ut in hac Glyconei forma: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — „medios duos modulos", dactylum scilicet et trochaeum, „sedes mutare" contendat, quo facto sine mutationibus illis Hermanni satis artificiosis alteram glyconei formam ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — lucratur. Post Selckmannum denique exstitit Herm. Weissenborn (in duabus commentationibus: de versibus Glyconicis I. Lips. 1840. II. 1841) qui (II p. 24) ut Hermannus duplicem glyconeorum mensuram probat, logaoedicam et choriambicam, ad quarum posteriorem statuendam adducitur et irrationali thesi in hac forma: ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑̄ — (Herm. elem. p. 525) et solutione primae ultimaeque choriambi arseos in his schematis: ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — et ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — (Herm. elem. 546). Sed facile intelligitur, solutionem secundae choriambi arseos

eodem iure solutionem arseos trochaei, qui dactylum sequitur, dici posse: ⏑̄ ⏑ | ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ | ⏑ — = ⏑̄ ⏑ | ⏑̄ ⏑ ⏑ | ⏑̄ ⏑ ⏑ —, ita ut hoc argumentum logaoedicae glyconei mensurae non obstet; de primae autem arseos in choriambo solutione paucis disseramus necesse est, quia eandem opinionem etiam Hermannus (elem. 546) et Selckmannus (l. l. p. 10) et Seidlerus (de versib. dochm. p. 44. ann. cf. Weissenborn II, 19 ann. 35) produnt eamque nunc etiam in editionibus passim invenimus. Ac miro casu factum est, ut omnes, qui eam sententiam defendunt, praeter nonnullos Euripidis locos uno Sophocleo utantur, Oedipi Col. versu 186 = 205. cui solus Selckmannus aliud exemplum sed corruptum ex Trachiniis (844) addit. Contendunt igitur illi, versus ex Oedipo: *τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν* et *τίς ὁ πολύπονος ἄγει τίν' ἄν* hoc modo dimetiendos esse: ⏑̄ ⏑ ⏑ | ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑ — | ⏑ —. Sed eidem versus etiam dimetri iambici solutis primis duabus arsibus esse possunt: ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ — atque perlustratio omnium Sophoclis exemplorum nobis ostendet, utra mensura vera sit. Sophocles eo versu his locis usus est: Oed. C. 1447 *νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι.* Trach. 947. 948: *πότερα πρότερον ἐπιστένω | πότερα μέλεα περαιτέρω* c. antistr. ib. 1008. *ἀνατέτροφας ὅτι καὶ μύσῃ* = 1030 *ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.* et versus una tantum syllaba auctiores habes Ai. 608 *τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν* = 621 *ἔπεσ' ἔπεσε μελέοις Ἀτρείδαις.* Omnes hos versus duplici illo modo metiri possumus, sed felici casu evenit, ut duo versus inveniantur, qui unam tantum mensuram admittunt: Electr. 209. 210

οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος = *ἄνετέ μ' ἄνετε παράγοροι*
ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι = *τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται.*

⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ — = antistr. ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ —

sive ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — = ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Sic illi versus ex illorum sententia describendi sunt, qui choriambi primam solvi posse putant, eis igitur statuendum est, Sophoclem hoc loco dactylo in basi: *οἷς θεός* et *ποίνιμα* tribachyn *ἄνετε* et *τάδε γάρ* in antistropha opposuisse, quod prorsus contra Sophoclis usum pugnat. Sophocles enim omnino tales versus logaoedicos, qui a duobus dactylis incipiunt, ad-

modum raros habet, cf. Oed. C. 118: *ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθείς* = 150 *ἆρα καὶ ἥσθα φυτάλμιος*. El. 1062 *εὕ-ρωσι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν* = 1074 *διαί-τᾳ πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει* cf. 1069 = 1081. Oed. Col. 1214 = 1228. et semper ita, ut versum strophae cum antistrophico accuratissime exaequet (cfr. etiam Hermann. elem. 539. 540. 543). Illi igitur versus in Electra 209 sq. sine ulla dubitatione pro iambicis dimetris huius mensurae habendi sunt: ⏑̲ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ —, nulla autem causa est, cur reliquos illos supra allatos ex Oed. C. 186. 1447 etc. ab horum analogia recedere putemus. Nam si quis dicat, stropham El. 193 = 213. non esse logaoedicam, cum omnes alii versus, de quibus loquimur, non solum in mediis logaoedicis occurrant, sed etiam, si nostram mensuram adoptamus, soli iambici in carminibus logaoedicis sint, huic respondemus, Sophoclem non raro carminibus aut prorsus, aut maximam partem logaoedicis unum alterumve iambicum vel trochaicum versum admiscere, ad quod demonstrandum haec exempla sufficient: iambicum dimetrum catalecticum

⏑ ⏑̲ ⏑ — ⏑ — — habes in Oed. C. 677 = 690 *ἀνήνεμόν τε πάντων* eundemque Phil. 1131. 1154; deinde forma

⏑ ⏑̲ — ⏑ — ⏑ — invenitur Phil. 1134 = 1157. tum

— ⏑́ ⏑ ⏑ — — Oed. Col. 518.

⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ — Ai. 607. 620.

⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ — — Ai. 626. Ant. 624.

⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — Oed. C. 208.

⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ — ⏑ — Trach. 844 = 855.

Hi omnes versus soli iambici in mediis strophis logaoedicis sunt, unde elucet, singulos versus iambicos minime inusitatos esse in logaoedicis, atque ab hac parte nihil obstare, quin nostros versus iambicos potius quam glyconeos soluta prima post basin arsi esse dicamus. Quo accedit, quod in tanta choriamborum multitudine apud Sophoclem duobus tantum locis eisque corruptis prima choriambi longa soluta invenitur Ant. 796. 970. Itaque postquam hoc quoque argumentum ex solutione primae longae choriambi petitum nullum esse ostendimus, iam transire possumus ad Rossbachii Westphaliique sententiam de versibus

logaoedicis, quae cum non uno loco plena inveniatur nobisque eorum libri sat saepe afferendi sint, in eis significandis his notis uti placuit:

Griech. Rhythmik von Aug. Rossbach. Leipzig 1854. (Rhythm.)

Griech. Metrik nach den einzeln. Strophengatt. etc. von A. Rossbach und R. Westphal. Leipz. 1856. (Metr.)

Die Fragm. und Lehrsätze der griech. Rhythmiker von R. Westphal. Leipz. 1861. (Rhythm. Frgm.)

Harmonik u. Melopoeie der Griechen v. R. Westphal. Leipz. 1863. (Harmon.)

Inter omnes nunc convenit, dactylum, qui in versibus logaoedicis exstat, esse κύκλιον itaque τρίσημον (cf. novissimum locum Harmon. p. XXI). Nostrum autem glyconeum ·⊥ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — Aristides Quint. p. 37 inter duodecim illos συνθέτους κατὰ περίοδον affert (eum appellans ἁπλοῦν βακχεῖον ἀπὸ τροχαίου), quos p. 36 init. δωδεκασήμους esse dicit. Et quamquam Westphalius Harmon. p. XLII sq. egregie demonstravit, hoc loco significationem vocabuli σύνθετος longe differre ab ea, quam Aristoxenus p. 298 atque Aristides ipse p. 34 praebent, nihilque eam attingere veram rhythmicae artis doctrinam, nihilominus id certum manet, glyconeum nostrum ⊥ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — esse versum duodecim morarum, et hoc etiam ab omnibus accipitur. Paullo autem supra significavimus, dactylum in illo glyconeo tribus moris contineri, quae morae quomodo inter singulas dactyli syllabas distribuendae sint (cfr. Harm. p. XXI. XXX.) ad nostram quaestionem nihil attinet, nos hoc tantum tenemus, dactylum illum τρίσημον esse. Cum autem glyconeus noster ratione subducta undecim tantum moras habere videatur

3 3 3 2 .
— ◡ — ◡ ◡ — ◡ —, recte statuit Rossbach. Rhythm. p. 151 cfr. 148. deficientem moram aut τονῇ ultimae syllabae ad τρίσημον μέγεθος, aut pausa, quae λεῖμμα vocatur, suppleri, ideoque plenam illius versus formam esse hanc: ⊥ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡ . Ex ea autem re, quod hic versus sine dubio δωδεκάσημος est, statim duo sequuntur: primum, eum non duobus ordinibus, sed uno tantum contineri, quam ob rem basis neque secundum Hermannum duas arses habere, neque secundum

Boeckhium singularem ordinem efficere potest, sed versus ipsius initium esse debet (Metr. p. 481), deinde, glyconeum non choriambicum esse. Nam secundum Aristoxenum quem eo loco Westphalius Rhythm. p. 61. 72. optime restituit, *τὸ δωδεκάσημον μέγεθος* duas tantum divisiones admittit, aut iambicam, aut dactylicam, i. e. duodecim morae aut in ratione 8 : 4 = 2 : 1 aut in ratione 6 : 6 = 1 : 1 ordinandae sunt:



quod praeceptum si ad glyconeum referimus, facile videmus, eum unam tantum divisionem admittere, dactylicam:



θέσις *ἄρσις*

quarum partium prior *θέσις* (antiqua significatione), posterior *ἄρσις* est; sin autem choriambum in medio versu statuimus, omnino nulla rhythmica partium divisio fieri potest, utcumque eam instituere laboramus. Quibus argumentis id nobis effecisse videmur, versum glyconeum esse unum ordinem logaoedicum (Metr. p. 481) ex dactylo et trochaeis compositum, cuius primus pes propter varias, quas accipit formas inde ab Hermanno basis appellatur. In hoc igitur glyconeo et basis variari (Metr. p. 479) et dactylus locum suum mutare (Metr. p. 478) et thesis ante ultimam arsin irrationalis esse potest (Metr. p. 483), quibus licentiis quomodo et quam saepe Sophocles usus sit, iam nobis perquirendum est.

Atque disputationem nostram sic instituimus, ut primum verba fiant de nonnullis rebus, quibus omnes versus logaoedici eodem modo insigniti sunt, ut de irrationalitate ultimae theseos eiusque irrationalitatis responsione, de basi, de polyschematismo; deinde de singulis versibus logaoedicis inde a tripodiis usque ad hexapodias dicatur, qua in parte et Sophoclis usum accurate definire et nonnullos versus nondum recte descriptos melius disponere studebimus; denique de stropharum generibus, quae singulis illis versibus constituuntur.

Primum igitur nobis agendum est de ultimae theseos irrationalitate, quae Hermannum movit, ut duplicem glyconei mensuram statueret, logaoedicam et choriambicam (elem. p. 524). Quam opinionem quamquam probare non potuimus, id tamen recte Hermannus vidit, duas glyconeorum formas usurpari, usitatissimam illam ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — et minus usitatam ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑̲ —, et ipse iam quaesivit (elem. p. 527), utrum altera quoque forma ad versus glyconeos referenda, an ut singulare metrorum genus ab eis separanda sit. Cum autem praeter illas duas formas tertia extet: ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑̄ —, Hermannus (elem. p. 527) rectissime statuit, tertiam formam nobis monstrare, quomodo spondeus ultimus in secunda accipiendus sit eamque sententiam etiam contra Selckmannum, qui l. l. p. 13. inter primam et secundam formam distinguendum censet, in Iahni Nov. Annal. 1834 tom. XII p. 143 tuetur. Neque aliter Rossbachius Westphaliusque iudicant, qui ipsi quoque omnes illos versus glyconeis adnumerant, sed causam quoque huius irrationalitatis afferre studuerunt (Metr. p. 483), quam in retardatione quadam numeri positam esse existimant, qua poetae magnum pondus verbis suis addere voluerint. Sed nuper F. V. Fritzschius, qui compluribus commentationibus Rostochii (1856—1858) emissis accuratissime in versus logaoedicos Euripidis potissimum inquisivit, tales versus, in quibus ultimus spondeus iambo responderet, omnino ferendos esse negavit, cum omnia exempla, quae huiusmodi extarent, emendatione egerent. Itaque nobis pervestigandum est, quidnam Sophocles in hac re admittere voluerit, quod priusquam faciamus, breviter significamus, nos in recensendis versibus logaoedicis eis nominibus usos esse, quae Rossbachius et Westphalius adoptaverunt, ita ut e. c. glyconeum, prout dactylum aut primo, aut secundo, aut tertio loco habet, primum (I.), secundum (II.), tertium (III.) appellemus (Metr. p. 502), pherecrateum initio una syllaba auctum huius formae ⏑̄ ⏑̲ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑̲ primum, huius ⏑̄ ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑̲ secundum paroemiacum logaoedicum, denique versuum in fine una syllaba breviorum hunc ⏑̄ ⏑̲ ⏑ ⏑ — ⏑ — primum, hunc ⏑̄ ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — secundum prosodiacum (Metr. 494). Postremo mihi commemorandum est, Rossbachium et Westphalium suam de syncopa

doctrinam (Rhyth. p. 151. Metr. p. XX sq.) mihi prorsus probasse, neque minus me eis, quae de eurhythmia Rhythm. § 45. Metr. p. XXII exposita invenimus, prorsus assentiri, his igitur principiis in describendis versibus utar.

Iam coepta pertexamus: Illam ultimae theseos irrationalitatem, quam Fritzschius (specim. V. Rostoch. 1858 p. 5) admittendam esse negat, Sophocles his locis habet:

Phil. 209: *τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θροεῖ* (non *θρηνεῖ*)
218: *αὐγά|ζων ὅρμον, προβοᾷ τι γὰρ δεινόν*
— — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Oed. C. 1564: *νεκρῶν πλάκα καὶ Στύγιον δόμον*
1575: *κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι*
⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Tra. 1005: *ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι*
1016: *μολὼν τοῦ στυγεροῦ φεῦ φεῦ* ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Phil. 1128: *ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων*
1151: *τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν* — — — ⏑ ⏑ — ⏑ —

uem locum Fritzschius quidem tentat transpositione *ἀλκὰν τὰν πρόσθεν βελέων*, sed solo hoc metri vitio offensus, quod esse vitium ei concedere non possumus.

Phil. 176: *ὦ παλάμαι θνητῶν*
187: *ἁ δ' ἀθυρόστομος* — ⏑ ⏑ — ⏑ —

quorum versuum primus a Boeckhio in metr. Pind. p. 323 sic scribitur *ὦ παλάμαι βροτῶν*, Lachmannus restituere vult *θεῶν*, sed ei quoque imprimis moti longa illa syllaba vocabuli *θνητῶν*, quam non habere offensionem nunc in eo sumus ut demonstremus.

Aias 703: *Ἰκαρίων δ' ὑπέρ*
715: *κοὐδὲν ἀναύδατον* — ⏑ ⏑ — ⏑ —

qui versus nunc sub prava carminis distinctione latent, infra autem meliore descriptione restituentur cfr. p. 18.

Tra. 846: *ἤ που ὀλοὰ στένει*
857: *ἁ τότε θοὰν νύμφαν* — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ —

num cur non cum Hermanno ad Antig. 1115 *νύμφαν* hac prosodia statuamus, infra videbimus. Locus Tra. 654 = 662 non sanus est. Denique addere possemus Oed. C. 1556: *τὰν ἀφανῆ θεόν* = 1568 *σῶμά τ' ἀνικάτου* c. seq. — ⏑ ⏑ — ⏑ — nisi magis

verisimile esset, hos versus dochmiace legendos esse; porro El. 1058: *τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰω|νούς* = 1070 *ὅτι σφιν ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσεῖ* ⏑ ⏓ ⏑ — ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — Oed. C. 117 *ὅρα· τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει;* = 159 *αἰαῖ· ἀλαῶν ὀμμάτων* ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ — ⏓ ⏑ —, nisi in his versibus de correptione potius diphthongi ante sequentem vocalem cogitandum esset. Sed prioribus certe septem exemplis indubiis, quae omnia a sententia integerrima sunt, demonstratur, ultimam thesin longam brevi respondentem minime a Sophoclis usu abhorrere, qua re nobis simul significatur, quomodo illa forma, in qua longae syllabae etiam in antistropha longa respondet, accipienda sit. (Nonnulla de hac re dant Hermann. elem. p. 528 sq. Seidl. ad Eurip. El. v. 122. Weissenb. II, 16 not. 30. Metr. p. 536). Atque etiam huius generis versus hoc loco congeramus necesse est, quo facilius utrumque genus conferri possit (Weissenb. II, 15 not. 29. Selckmann. p. 13). Omnino autem id quoque attendi velimus, omnes versus irrationalitate illa insignitos, sive ea respondet, sive non, in arsin desinere, et in nullo unquam aliam thesin quam eam, quae ultimam arsin praecedit, hoc modo productam esse. Brevissimos igitur invenimus I. Pherecrateos catal.

⏓ ⏑ ⏑ — ⏓ — Phil. 712 *ὦ μελέα ψυχά* = 725. 830 = 846. Tra. 636=643. Oed. R. 870: *λά|θα κατακοιμάσῃ* = 880. Ai. 403 = 420. et saepissime in Asclepiadeis:

⏓ — — ⏑ ⏑ — ⏓ ⏑ ⏑ — ⏓ — Ant. 945. 949. 951. Phil. 681 = 697. 706. 707 = 719. 720. et post choriambos El. 835 = 847. Ant. 785. Tra. 851.

Versus una tantum syllaba longior ⏑̄ ⏓ ⏑ ⏑ — ⏓ — legitur Ai. 704 = 716 *ὁ Δάλιος εὔγνωστος*. deinde I. Glyconeum:

⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏓ — habemus Tra. 949 = 952 *δύσκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ* Ant. 946. 957. II. Glyconeum:

⏓ — — ⏑ ⏑ — ⏓ — secundum Metr. p. 536 Ant. 104 *ἁμέρας βλέφαρον Διρκαί|ων* et supra Phil. 1151. Tra. 1016. Sequitur forma apud Sophoclem satis usitata, glyconeus cum anacrusi, quem versum non raro cum irrationali ultima thesi invenimus, atque I. glycon. c. anacr.

⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ — α̅ — Ai. 615 φίλοις μέγα πένθος ηὕρηται str. 604 corr. 1191 = 1198. Ant. 846. 865.

deinde II. glycon. c. anacr.

— ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — α̅ — Ant. 815 = 831. 1122 Βακχᾶν ὁ ματρόπολιν Θήβαν = 1133 ἀκτὰ πολυστάφυλος πέμπει, quam distinctionem postea probabimus. Neque rarius eam irrationalitatem in pentapodiis habemus:

⏑ ⏑ ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — α̅ — Oed. R. 871 μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει.

— ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — α̅ — Oed. C. 520 = 533.
— ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — α̅ — Ant. 816 = 833. } Phalaecei.

Denique una hexapodia, quam huius generis apud Sophoclem observavimus, legitur Ai. 194 (Metr. 536)

⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — α̅ — ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, ὅπου μακραίωνι (sequitur στηρίζει). Quibus exemplis perlustratis illud videre licet, omnes fere versus, qui irrationalitatem in stropha et in antistropha ostendunt, habere versum prorsus geminum inter eos, in quibus illa non respondet, ut iam inde concludere possimus, Sophoclem duas illas formas non secludi, sed coniungi voluisse. Quod ut etiam dilucidius perspici posset, huic commentationi tabulam adiecimus, in qua hae formae illis in eadem pagina opponuntur; simulque in ea tabula omnes ordines versuum logaoedicorum inter se similes ita disposuimus, ut facile appareat, quonam communi vinculo inter se cohaereant, cum saepe molestum sit, in ipso disputationis decursu omnes similes versuum formationes cumulare. Ad hanc igitur tabulam nonnunquam relegabimus, hic id unum addimus, nos omnes ordines logaoedicos, quos quidem apud Sophoclem observavimus, in illa recensuisse.

Iam nobis hac quaestione absoluta procedendum est ad basin, e cuius formis rarioribus Sophocles solum tribrachum usurpavit, nam anapaestum in Phil. 1089 τί ποτ' αὖ dudum sustulerunt scribendo τίπτ' αὖ, et in versibus a duobus dactylis incipientibus, quorum nonnullos supra p. 4 attuli, omnes in tabula dabo, non dactylicam basin, sed cum Metr. p. 489 λογαοιδικὰ πρὸς δυοῖν agnosco (cfr. etiam Herm. elem. 539. 543). Tribachicam igitur basin his locis deprehendimus:

hexapod. ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — Ant. 966 = 977 κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν

II. glycon. ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑̣ ⏑ — ⏑ — Oed. C. 182 = 197 ἔπεο μὰν ἔπε' ᾧδ' ἀμαυ-ρῷ. 200 et cum Dindorfio Trach. 844. 855.

II. glyc. c. anacr. — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — Oed. C. 207 ὦ ξένοι ἀπόπτολις ἀλλὰ μή cfr. Metr. p. 79.

III. glyc. ⏑̣ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — Ant. 108. 125 φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ Ai. 1185. 1192.

cfr. Metr. p. 534. Boeckh de metr. Pind. p. 139. 140.

In omnibus his locis accuratissima singularum formarum responsio in stropha et antistropha servata est. At non raro spondiaca baseos forma et trochaicae respondet et iambicae, uno tantum loco trochaica iambicae Phil. 1125 = 1148 γελᾷ μου χερὶ πάλλων = χῶρος οὐρεσιβώτας, nam versuum, qui statim sequuntur, antistrophicus sine dubio corruptus est: φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων | πελᾶτ', neque persanatur scribendo φύγδα, quod Fritzschius spec. V p. 3 proposuit. Reliquas responsionis formas: inter iambum et spondeum, cuius generis apud Sophoclem 12 extant, inter spondeum et trochaeum, cuius 16 inveniuntur, in tabula omnes dabo, hic ex iambo-spondiacis liceat afferre phalaeceum: ⏑̄ ⏑̣ ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — — Phil. 1145 κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν = 1168 ἔχειν μυρίον ἄχθος ᾧ ξυνοικεῖ. et glycon. I. hyperc. c. anacr. ⏑̣ ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑̄ Oed. C. 669 ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα = 682 ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ ἀεί, ut probetur, non solos glyconeos, sed longiores quoque versus huius licentiae participes esse. Tabulam conferas etiam de baseos formis in III. glyconeis, de quibus nonnulla habet Fritzschius spec. I p. 7. 8. Gaisford ad Hephaest. II p. 197. 200.

Breviores esse possumus de polyschematismo, i. e. de eis versibus, in quorum antistrophicis dactylus locum suum mutavit, quam licentiam Sophocles satis raro sibi permisit cfr. Hermann. elem. p. 529. Selckmann. l. l. p. 17. 18. Seidler. de

vers. dochm. p. 353. Atque primum duo exempla paroemiaci logaoedici afferimus, quorum alterum ex Oed. C. 511 ἔμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι = 522 τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν Hermannus elem. p. 532 ita tentat, ut non persuadeat; alterum habemus in Trach. 960 χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν = 970 τί χρὴ θανόντα νιν ἢ καθ' quae exempla se invicem tueri videntur. Non saepius quam paroemiacos II. et III. glyconeos permutatos videmus, atque utrumque exemplum in Philocteta extat: v. 1082 θερμὸν καὶ παγετῶδες ὡς = 1103 καὶ μόχθῳ λωβατὸς ὃς ἤ—δη et 1124: πόντου θινὸς ἐφήμενος = 1147 ἔθνη θηρῶν οὓς ὅδ' ἔχει. Sed eadem Philocteta aliam quoque numerorum permutationem ostendit, choriambi cum dipodia iambica his duobus locis: v. 1139: μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ' = 1161 μηκέτι μηδενὸς κρατύ-νων et 1100: τοῦ λῴονος δαίμονος εἵ-λου – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – = 1121 καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, quorum exemplorum posterius quidem viri docti sanum esse non putant (Hermannus scholiastae verbis nisus: τοῦ πλέονος δαίμονος), et sane confitendum est, inter tot huius formae ⏑̄ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – versus, quos in tabula enumeratos videre potes, ne unum quidem hanc formam: ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – sibi oppositam habere praeter hunc Philoctetae locum. Sed eodem modo inter tot versus e solis choriambis compositos, quorum nonnullos postea indicabimus, nullus praeter illum ex Philocteta hanc compositionem ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – in antistropha praebet. Haec autem cum omnia polyschematismi exempla sint, quae hodie apud Sophoclem extant, inde videre licet, eum in posterioribus tantum fabulis, Trachiniis Philocteta Oedipo Coloneo atque in eis quoque perraro hanc licentiam sibi indulsisse.

Denique nobis paucis dicendum est de divisione unius vocabuli in duos versus, quippe quae nuper a Dindorfio et Fritzschio vetita sit, cum Hermannus (elem. p. 560) de ea re sic loquatur: „neque vero obicere licet, aptius vocem cum ipso versu terminari, cum non modo interdum ex hac regula strophici versus alteram descriptionem, alteram antistrophici postulaturi essent, sed omnino verborum distractiones in Glyconeis versibus usitatissimae sint“ cfr. etiam p. 670. Hoc autem verissime dictum esse, haec exempla demonstrabunt:

Oed. C. 124 πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς οὐδ'
155 περᾷς γάρ, περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-φθέγκτῳ
131 ἀφώνως ἀλόγως τὸ τᾶς = 162 μετάσταθ', ἀπόβαθι. πολ-λά.
1211 ὅστις τοῦ πλέονος μέρους = 1225 μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι-κᾷ.
Oed. R. 1187 ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μη-δὲν = 1197 τοξεύσας ἐκράτησε τοῦ
Ant. 810 κοὔποτ' αὖθις ἀλλά μ' ὁ παγ-κοίτας = 827 πετραία βλάστα δάμασεν.
Phil. 688 κλυών | = 705 ὑπάρ|χοι, quin etiam II. glyconeus
Phil. 1082 θερμὸν καὶ παγετῶδες ὡς respondet III. glyc. 1103 καὶ μόχθῳ λωβατός, ὃς ἤ|δη et in I. glyconeis Ai. 1209 τεγγόμενος κόμας λυγρᾶς = 1221 τὰς ἱερὰς ὅπως προσεί-ποιμεν
et in pentapodiis:

Phil. 208 βαρεῖα τηλόθεν αὐδά
τρυσάνωρ. διάσημα γὰρ θροεῖ
217 ἢ ναὸς ἄξενον αὐγα-
ζων ὅρμον· προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

Sed his locis nisus Dindorfius hanc sibi legem tulit, ut ubique binos versus sese excipientes coniungeret, si in stropha vocabulum cum ipso versu terminaretur, in antistropha autem inter duos versus dividendum esset; quamquam in hac re non prorsus sibi constitit cum e. c. Oed. C. 155. 162. Phil. 704 ipse quoque dissecuerit. Sed etiamsi illam binorum versuum coniunctionem concedimus, cum illa revera nihil mutetur, tamen aliam legem, quam vir summus secutus est, nullo modo probare possumus, scilicet ut nunquam dissecarentur vocabula, ubi et in stropha et in antistropha dividenda essent, hac enim lege admissa versus non raro misere lacerantur. Nam quis ei credet, versus Ant. 808: στείχουσαν νέατον δὲ φέγ-
γος λεύσσουσαν ἀελίου
non prorsus eiusdem generis esse ac qui statim sequuntur Ant. 810 (vide supra)? Immo sine dubio sic statuendum est, Sophoclem ea re, quod nonnunquam in stropha vocabula divisit, non autem in antistropha, nobis ipsum indicasse, licere voces inter duos versus dividere, itaque etiam Oed. C. 182 ἀμαυ-ρῷ = 197 ἁσυχαί-ᾳ 1213 φυλάσ-σων aut dissecanda aut duo versus in unum coniungendi sunt. Ceterum hac ipsa ut videtur dissecandi

fuga perductus Dindorfius nonnulla carmina non recte descripsit, ut Ai. 596 ubi in ea carminis distinctione, quam ipse proposuit, vereor ne nullus omnino numerus insit. Rectum sine dubio iam Nauckius vidit, qui singulos versus sic distribuit:

ὦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μέν
ποτ' ναίεις ἁλίπλακτος εὐδαί-
μων πᾶσιν περίφαντος ἀεί.

nam si vocabula vel dissecare licet, profecto non dubitabimus, secundum versum ab enclitico πού incipere. Idem cadit in El. 1058, quem locum idem Nauckius recte disposuit. Primus versus enim: τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰω-νούς huius schematis est: ⏑ ⏓ ⏑ — ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —, dipodia iambica, quam sequitur I. glyconeus, inter quae duo elementa thesis syncopata est, quam formationem Sophoclem satis frequentavisse tabula demonstrat. Correptionem autem diphthongi οἰ in οἰωνούς nihil offensionis habere et p. 9 iam significatum est et antistropha probat. Post illum versum I. glyconei, de quorum frequentia tabulam conferas, continuantur usque ad versum 1062: εὕ-ρωσι τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑, tetrapodiam logaoedicam πρὸς δυοῖν, ita ut hoc systema prorsus simile sit ei, quod totam stropham claudit et eodem versu finitur: 1069 Ἀτρεί-δαις, ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη, qui versus etiam Oed. C. 1214 in fine systematis glyconici positus est: φυλάσ-σων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται. Contra anaclomeni, quos Dindorfius hic statuit, non solum prorsus ab huius loci condicione abhorrent pulchramque totius strophae concinnitatem misere turbant, sed etiam nunquam neque ipsi neque ionici a minori tali versu clauduntur, qualem apud Dindorfium legimus: εὕρω-σι τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν; ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑. Immo etiam versus vere ionici nonnumquam nostro logaoedico πρὸς δυοῖν terminantur ut Aesch. Sept. 707 Herm. παιδολέτωρ δ' ἔρις ἅδ' ὀτρύνει cfr. etiam Metr. p. 298. Sed a Dindorfii partibus etiam Fritzschius stat (spec. III, 8 et V, p. 18) qui Hermannum non satis accurate distinxisse dicit inter II. et III. glyconeos (quos Fritzsch. monoschematistum et polyschematistum appellat), nam in II. tantum glyconeo hanc licentiam in stropha dividendi, cum in antistropha non dividatur, poetas sibi indulsisse, non autem

in III. glyconeo neque in pentapodiis logaoedicis. Exempla, quae vir doctissimus attulit, omnia ex Euripide petita sunt, quem cum ab hac parte nondum perscrutatus sim, hanc legem sibi statuisse non nego, sed ad Sophoclem eam observationem non pertinere eis exemplis, quae supra ex Ant. 810 = 827. Phil. 1082 = 1103. 208 = 217. attuli, certissime evincitur. Postremo paucis verbis addam, vocabulorum divisionem non respondentem his quoque locis in versibus non quidem glyconeis, sed logaoedicis tamen inveniri:

Ant. 1141 ἔχεται πάνδαμος ἀ-μά
1150 προφάνηθ' ὦ Ναξίαις
⏑ ⏑ ⏓ — — ⏑ ⏒

Oed. C. 1691 τάλαιναν, ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλ-λων βίος οὐ βιωτός
1719 ἐπαμμένει σέ τ' ὦ φίλα, τὰς πατρὸς ὧδ' ἐρήμας.
⏑ ⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — —

Trach. 506 ἐξ-ῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων = 515 ῥαβδονόμει ξυνοῦσα.

Postquam sic de singularibus quibusdam versuum logaoedicorum formis, quarum omnes eodem modo participes sunt, disputavimus, nunc nobis procedendum ad versus ipsos, neque solum eos, qui saepe inveniuntur, sed etiam eos, quorum rariorem usum fuisse apparet; quibus recte perspectis etiam carmina quaedam logaoedica melius quam nunc fit describere poterimus.

Omnium autem versuum logaoedicorum brevissimi sunt tripodiae Metr. p. 477. 492. ex quibus usitatissimum, pherecrateum II. ⏓ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏒ exemplis cumulare non opus est. Sed non ita raro apud Sophoclem etiam I. pherecrateus invenitur ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏓ Metr. p. 493. 521. Boeckh metr. Pind. p. 134. Herm. elem. p. 423. Oed. Col. 187 καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι. Ai. 353 ἀμφίδρομον κυκλεῖται. Ant. 610 μαρμαρόεσσαν αἴγλαν. reliqua exempla omnia tabula dabit, in qua, ut consentaneum est, etiam ei versus omnes enumerati sunt, in quibus noster pherecrateus I. cum alio versu coniunctus est ut Ai. 229:

οἴ μοι φοβοῦμαι τὸ προσέρ|πον. περίφαντος ἀνήρ
— ⏓ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — — et Ai. 890 c. dochmio.

Uterque autem pherecrateus etiam catalecticus adhibetur, atque I. quidem in hac forma ⏓ ⏑ ⏑ — ⏑ — Ant. 807 τὰν νεάταν

ὁδόν. Ai. 627 αἴλινον αἴλινον cfr. tabulam, in qua attendas exemplum praeter cetera memorabile Ant. 1141 = 1150 ⏑̄ ⏑ ⏑ ⏑̆ ⏑ ⏑ — σαῖς ἅμα περιπόλοις, unicus locus, in quo arsis post dactylum apud Sophoclem soluta est. II. pherecrateus et in hac forma ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — Ant. 1123 ναιετῶν παρ' ὑγρῶν et in hac ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — Ant. 136 βακχεύων ἐπέπνει et in hac: ⏑ ⏑̄ ⏑̄ ⏑ ⏑ — Ai. 605 χρόνῳ τρυχόμενος cfr. tabul. Herm. elem. p. 559. 567. Seidler ad Eurip. El. 445.

Cum his pherecrateis quam arcte cohaereant prosodiaci et paroemiaci logaoedici, Metr. p. 494 satis expositum est. Nos primum agemus de prosodiacis eorumque variis formis, e quibus, cum omnes in tabula ordine dispositae sint, rariores tantum hic afferendae erunt, nam ex tabula ipsa satis elucet, quam bene altera forma alteram excipiat et lenissima mutatione facta haec ex illa quasi evadat, ut de ea re longus esse nolim. Omnium igitur formarum longe usitatissima est ⏑̄ ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ — I. prosodiacus Metr. p. 494. Boeckh metr. Pind. 138. Hermann elem. p. 420. 556. II. prosodiacus — ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — extat Ant. 971; denique etiam prosodiaci πρὸς δυοῖν inveniuntur: ⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ ⏑̆ — ⏑ — Tra. 647 ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν et paullo aliter ⏑̆ ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — Ant. 355 φρόνημα καὶ ἀστυνόμους, de quibus paullo infra uberius nobis dicendum est.

Hi igitur prosodiaci non raro strophas incipiunt ut Oed. R. 1186. Oed. C. 1044—1046. Tra. 647. 953. Ant. 354. nonnumquam systemata ex paroemiacis claudunt ut Oed. C. 181. 196. et eidem aptissimi mihi videntur ad aliud versuum genus explicandum, de quo alii aliter sentiunt.

Inveniuntur enim nonnullis locis apud Sophoclem versus huius schematis:

— ⏑̆ ⏑ ⏑ — — — ἔμπεδα κατουρίζει Trach. 828. ib. 846. 847. Phil. 851. 52.

πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων Trach. 829. El. 160. 161. 504. 508. 509.

semper duo deinceps. Illud autem schema etiam hoc modo variatur:

⏑ ⏑̆ ⏑ ⏑ — — — El. 505. 515. Phil. 832 ἴθι ἴθι μοι παιών

— ⏑̆ ⏑ ⏑ — ⏑̄ — Tra. 846. 857 ἤ που ὀλοὰ στένει = ἃ τότε θοὰν νύμφαν

— ⏑̣ ⏑ — — — — Phil. 836. 844. 852. *πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν*
⏑ ⏑̣ ⏑ — — — — El. 514. *ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου.*

De quibus versibus ut recte iudicemus, praecipui momenti sunt duo illi ex Trachiniis, ubi *στένει* et *νύμφαν* sibi opposita videmus, quod Hermannus ita defendit, ut *νύμφα* vocabulum nonnumquam prima brevi usurpatum esse dicat ad Antig. 1115 (s. edit.), quippe in quo loco *νύμφας ἄγαλμα* et *στέροψ ὄπωπε* sibi respondeant. Sed si cum verbis ex

Antig. 1115: *Πολυώνυμε Καδμείας νύμφας ἄγαλμα*
1126: *σέ δ' ὑπὲρ διλόφοιο πέτρας στέροψ ὄπωπε*

contuleris Ant. 582: *εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών*
593: *ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι*

concedes, immerito Hermannum illam vocabuli *νύμφα* prosodiam statuisse (cfr. etiam Eurip. Med. 824 = 835 et infra) et in illo Trachiniarum loco profecto inconcinnitatem responsionis extare. Cum autem versus Tra. 846 — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ — nullam aliam mensuram admittat quam iambicam, etiam v. 857 iambicus sit necesse est, ultima scilic. thesi irrationaliter producta — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑̄ —. Sed quaeritur, num haec iambica mensura etiam in omnibus aliis versibus accipienda sit, in quibus talis responsionis incongruentia non invenitur, atque hoc propter duas causas negaverim. Primum enim nonnulli ex nostris versibus statim a prosodiacis vere anapaesticis excipiuntur, ut Trach. 848 *τέγγει δακρύων ἄχναν*, ut ab his illos non multum recedere veri simile sit; deinde inveniuntur versus nostris prorsus similes, qui logaoedicam tantum mensuram admittunt, non iambicam, ut Oed. R. 866: *ὑψίποδες οὐρανίαν*: — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — (Hermann elem. p. 558 segm. 31) a quibus nostri sola contractione anapaesti differunt. Qua re adducimur, ut duo horum versuum genera statuamus, alterum iambicum, in quo ultima thesis irrationaliter producta est ut Tra. 846 = 857 — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑̄ —, alterum logaoedicum ⏑̄ ⏑̣ ⏑ ⏑ — — — secundum analogiam versus — ⏑̣ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — Oed. R. 886. in quo genere penultima longa syllaba non irrationalis, sed vere longa est, quippe quae thesin anapaesti exaequet. Ceterum inter eos versus, quos attulimus, omnes nihil differentiae interesse quod quidem ad rhythmicam eorum vim

attinet, ostendunt ei loci, ubi promiscue usurpantur alteraque forma alteram statim sequitur:

– ⏑̣ ⏑ ⏑ – ⏑̄ – Tra. 846 vers. iambicus
– ⏑̣ ⏑ ⏑ – – – ib. 847 iamb. vel logaoed.
– ⏑̇ ⏑ ⏑ – – – ib. 848 anapaesticus.
– ⏑̣ ⏑ ⏑ – – – Phil. 835 iamb. vel logaoed.
– ⏑̣ ⏑ – – – – ib. 836 anapaesticus.

cfr. etiam totum carmen Electr. 504 sq.

Quam ob causam saepe difficile est dictu, ad utrum genus singuli pertineant. Catalectici eiusdem generis inveniuntur Oed. C. 518 = 532:

– ⏑̣ ⏑ ⏑ – – *στέρξον ἱκετεύω.*

Denique prosodiacis logaoedicis etiam nonnullae rariores formae accensendae sunt, quas hic commemorare liceat: nam si de illis versibus Oed. C. 121. 122 = 153. 154: – ⏑̇ – – ⏑ – *προσπεύθου λεῦσσέ νιν* = *ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοί* dubitare possimus, num logaoedici sint, non iam dubitabimus, si hos versus ex Trachiniis legerimus: 647 ⏑ ⏑ ⏑̇ ⏑ ⏑ – ⏑ – *ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν* et hos ex Antig. 1141 = 1150 ⏑ ⏑ ⏑̇ – – ⏑ – *ἔχεται πάνδαμος ἀ-μά* = *προφάνηθ' ὦ Ναξίαις* illud ex Boeckhii, hoc ex Musgravii coniectura restitutum. Forma ex Aiace: ⏑ ⏑̇ ⏑ ⏑ – ⏑̇ – *ὁ Δάλιος εὔγνωστος* 704 = 716, quae proxime accedit ad usitatissimam omnium ⏑̄ ⏑̇ ⏑ ⏑ – ⏑ – O. R. 1086 etc. cfr. p. 16 ostendit, irrationalitatem, quam supra in hac forma – ⏑̣ ⏑ ⏑ – ⏑̇ – admisimus, etiam ab aliis prosodiacis non prorsus alienam esse. Denique singulis locis invenitur haec: – ⏑̇ ⏑ – – – El. 510. 512 *παγχρυσέων δίφρων, πρόρριζος ἐκριφθείς.* et fortasse El. 1239, quam formam conferre possumus cum his ex Antig. 971 = 982: – ⏑̇ ⏑ – ⏑ ⏑ – *δισσοῖσι Φινεΐδαις* et cum supra commemoratis Tra. 847. Phil. 835.

Ex prosodiacis catalecticis usitatissima forma haec est: ⏑̄ ⏑̇ ⏑ ⏑ – – Oed. R. 468 *φυγᾷ πόδα νωμᾶν*, ubi systema prosodiacum claudit cfr. Metr. p. 535. Reliqua exempla videas in tabula, in qua etiam vere anapaesticus prosodiacus catal. recensitus est, qui duobus tantum locis extat: Phil. 863 *τὸ δ' ἁλώσιμον ἁμᾷ* et 859.

Non multo rarius autem quam prosodiaci, etiam paroe-

miaci logaoedici a Sophocle usurpati sunt, quorum frequentissima forma: ⏑̄ ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑̄ Oed. R. 1096. Oed. C. 194. 195. (cfr. tabul.) duobus in locis: Oed. Col. 511 et Tra. 960. cum altera etiam satis usitata ⏑̄ ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — — in antistropha commutatur (cfr. p. 12), cuius alterius varia schemeta in tabula videre licet. Hic unum tantum versum ascribimus, qui ad idem genus pertinet, quo etiam prosodiaci illi soluta prima arsi, quos modo attulimus: — ⏑ ⏑ ⏑ — — ⏑ — — *ὦ τέκνον ὅρα, ποῦ στάσει* Phil. 833 = *ἀλλ' ὅτι δύνᾳ μάκιστον* 849. et hunc quoque versum logaoedicum esse probatur ab alio ei praeter arseos solutionem simillimo Antig. 336 = 346: — ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — — *σπείραισι δικτυοκλώστοις* neque non a Phil. 207 *ἔρποντος οὐδέ με λάθει* et 217.

Denique cum his prosodiacis et paroemiacis logaoedicis aptissime coniunguntur ei versus, qui a duplici anacrusi incipiunt. Eius generis apud Sophoclem hi extant: cfr. de nonnullis Metr. p. 295.

⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ — — Oed. C. 134 = 166 *λόγος οὐδὲν ἄζονθ'* Ant. 609. 621. Boeckh metr. P. p. 139.

⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ — Oed. R. 1211 = 1220 *θαλαμηπόλῳ πεσεῖν.*

⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ — — Ant. 611 = 623 *τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον* (Phil. 1176. 77. Metr. p. 314. 315.)

⏑ ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ — ⏑ — — Ai. 703 = 715 *πελαγέων μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων.*

Quibus omnibus expositis tandem iudicium fieri potest de eo carmine, quod supra p. 8 non recte descriptum esse significavimus Ai. 693 sq. Itaque primum eam distinctionem, quae nobis vera videtur, proponemus, deinde mutationum nostrarum uberius rationem reddituri:

ἔφριξ' ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
ἰὼ ἰὼ Πάν, Πάν ⏑̄ — — — — —
ὦ Πὰν Πὰν ἁλίπλαγκτε Κυλ- ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
λανίας χιονοκτύπου ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
πετραίας ἀπὸ δειράδος ⏑ — ⏑̄ ⏑ ⏑ — ⏑ —
φάνηθ', ὦ θεῶν χορόποι' ἄναξ, ⏑ ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —
ὅπως μοι Νύσια Κνώσι' ὀρ- ⏑ ⏑̄ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —

χήματ' αὐτοδαῆ ξυνῶν ἰάψῃς. ⏑̄ ⏑̆ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — —
νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι. ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — —
Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑̆ —
πελαγέων μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων ⏑⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
ὁ Δάλιος εὔγνωστος ⏑̆ ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑̄ —
ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων. ⏑̆ ⏑̄ ⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — —

6 4444 44 543 43 5

Secundum versum Fritzschius spec. II p. 7 sic metitur: ⏑⏑⏑ ⏑̄ — —, putans eum esse pherecrateum catalecticum ⏑̄ ⏑ — ⏑⏑ — soluta in tribrachum basi et contracto in molossum choriambo. Sed si usquam alibi, sine dubio hic τονὴ illa per syncopam statuenda est, cum prorsus cogitari nequeat, poetam versum suum ita instituturum fuisse, ut eo loco, ubi Πάν nomen a choro primum profertur, illud nomen in thesi prorsus delitesceret. Immo si quid videmus hic Πάν, Πάν neque hoc accentu ⏑̄ — neque hoc — ⏑̄ pronuntiari potest, sed necesse est, ut bis quam maxime acuatur, quod nisi per τονήν uniuscuiusque pedis ad τρίσημον μέγεθος fieri non potest: ⏑ —. De nostra autem interiectionis ἰώ mensura conferri possunt El. v. 150: ἰὼ παντλάμων Νιόβα = 134: ἀλλ' ὦ παντοίας φιλότητος κτλ. ⏑̄ — — — — ⏑⏑ — et 840 ἔ ἔ ἰώ ⏑⏑ ⏑̄ — = 827 ἔ ἔ αἰαῖ. Oed. R. 162 καὶ Φοῖβον ἑκάβολον ἰώ = 154 ἰήιε Δάλιε Παιάν. Itaque noster versus ἰὼ ἰὼ Πάν, Πάν rhythmice prorsus eandem vim habet ac tres qui eum sequuntur glyconei, ita ut pro tetrapodia logaoedica cum syncopata III. et IV. thesi habendus sit, id quod etiam antistropha probat, ubi vocabula νῦν αὖ eadem sententiae vi premuntur, ut iam ex repetita νῦν particula initio versus sequentis (708) concludi potest. Versus 6 et 7 prorsus inter se pares sunt ideoque ὀρχήματα inter versum septimum et octavum dividendum, quo facto hic versus idem evadit ac quem Ai. 634 = 645 legimus, phalaeceus: δοῦποι καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας. cfr. Phil. 682. 698. 1140 etc. in tabula. Respondet autem versus octavus eurhythmice ultimo totius carminis, qui ut ille pentapodia logaoedica est, sed syncopata III. thesi, cuius generis sat largum munerum in tabula congessimus.

Iam venimus ad versum decimum Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ qui

in editionibus omnibus cum undecimo coniunctus legitur prorsus contra Sophoclis usum omninoque contra leges versuum logaoedicorum. Talis enim versus: ⏑̲⏑⏑—⏑̲⏑⏑—⏑—⏑—⏑—— iam eam ob causam tolerari nequit, quia certissima lex est, ut in eis versibus logaoedicis, qui plures quam unum dactylum habent, dactyli semper deinceps ponantur cfr. Metr. p. 478. Sin autem quis ad dactylicam basin confugere velit, iam antea diximus, talem apud Sophoclem nullam extare atque etiam ei versus, ubi ab aliis ea basis accipiebatur (cfr. p. 4) omnes a duobus dactylis nullo interposito trochaeo incipiunt *). Contra si illum versum in duos dissecamus, omnia optime procedunt. Nam ἀλογία illa ultimae theseos ⏑̲⏑⏑—⏑̲— in hoc ipso versu in Phil. v. 176 = 187 cfr. p. 8. recurrit, et praeterea versus Ἰκαρίων δ' ὑπέρ optime respondet duodecimo ὁ Δάλιος εὔγνωστος ⏑̲⏑⏑—α̲— ipsi quoque theseos irrationalitate insignito, a quo sola anacrusi, quae huic addita est, recedit. Neque ordinem, quem v. 11 restituimus, ⏑⏑̲⏑—⏑—⏑—— a Sophoclis usu abhorrere ex eis exemplis, quae modo p. 19. protulimus, luculenter apparet, alia Boeckhius de metr. Pind. p. 136. 139 e Pindaro attulit. Huic autem versui ex eis, qui antecedunt, respondet v. 9, sicut noster tetrapodia logaoedica, quae in thesin desinit, ita ut hoc loco tetrapodia et tripodia, primum sine anacrusi, deinde cum anacrusi alternent, quae a duobus pentapodiis logaoedicis circumdantur: 5 43 43 5.

Iam nobis progrediendum est ad tetrapodias logaoedicas, ex quibus glyconei omnium maxime noti sunt. Itaque in tabula primos tantum glyconeos enumeravimus, cum secundi

---

*) Scio apud Euripidem versus inveniri, in quibus basin dactylicam statuere coacti sumus ut Iph. Aul. 168

⏑̲⏑⏑⏑⏑—⏑⏑— Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν προλιποῦσ' 189.

⏑̲⏑⏑—⏑—⏑⏑— καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδί-τας 556.

⏑̲⏑⏑———⏑⏑— βουκόλος ἀργεννᾶς ἐτράφης 574. Orest. 840. 841.

et Seidler dochm. p. 349. Hermann elem. p. 540. sed Sophocles sibi talem metrorum licentiam non permisit et eius usus hic solus in censum venire potest.

et tertii singulis fere paginis deprehendi possint. Sed non inutile erit paucis indicare, illas tres versuum glyconeorum formas etiam in eodem carmine et systemate se invicem excipere: Sic I. et II. glyconei alternant Ant. 332 seq.

Πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀν- I. glycon.
θρώπου δεινότερον πέλει. II. glycon.
τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν κτλ. II. glycon. etc.

et eodem modo El. 1058—1062. 1066—1069 I. glycon. 1063—1065 II. glyc. cfr. Ai. 1205—1209. Oed. C. 125—131. 203—206 (I. pherecr. claudit) Phil. 176. Atque eodem modo II. et III. glyconei deinceps ponuntur, ut Ant. 100—104:

Ἀκτὶς ἀελίου τὸ κάλ-
λιστον ἑπταπύλῳ φανὲν } II. glycon.
Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης ποτ' ὦ χρυσέας κ. τ. λ. III. glycon.

cfr. Phil. 1081 sq. 1123 sq. 1194. 1195. Ant. 106—109. cfr. Metr. p. 533.

Sed pergamus ad nonnullas rariores tetrapodiarum logaoedicarum formas, ac primum quidem ad tetrapodias a duobus dactylis incipientes. De quibus quoniam nonnulla iam p. 6 diximus, omnia exempla in tabula allaturi sumus, hic commemorasse sufficiet, tetrapodiam acat. c. anacr. ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — uno tantum sed certo exemplo extare in Oed. C. v. 1244 *ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι*; deinde versum Oed.C.704 ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — eo memorabilem esse, quod choriambicam periodum claudit et quasi transitum ad sequentem logaoedicam praeparat cfr. Herm. elem. p. 540; tum Ant. v. 355 ⏑⏑ ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — ultimum esse logaoedicae periodi, quam iambica sequitur. Denique dignum est quod afferatur Ai. 231 = 255: ⏑ ⏑̲ ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — *ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε τυπείς*, versus eo insignis, quod non ut ceteri a duobus dactylis, sed a basi incipit, quam dactyli sequuntur.

Inter hypercatalecticos glyconeos non solum primi et secundi, sed etiam III. inveniuntur:

⏑̲ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — — Ai. 182: *μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν;*
⏑̲ — — ⏑ — ⏑⏑ — — Phil. 206: *φθογγά του στίβον κατ' ἀνάγκαν*
⏑̲ — — — — ⏑⏑ — ⏑ Oed. R. 465: *ἄρρητ' ἀρρήτων τελέσαντα*

de I. et II. tabulam conferas.

Ut autem glyconei in fine una syllaba adiecta augentur, sic etiam in initio crescere possunt, quo facto variae formae glyconeorum cum anacrusi nascuntur. Si igitur I. glyconeus hanc formam habet: ⏑̲⏑⏑ — ⏑ — ⏑ —, primus glyconeus cum anacrusi habebit hanc: ⏑ ⏑̲⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — et eodem modo II. glycon. cum anacrusi hanc: ⏑̆ ⏑̲ ⏑̆ — ⏑⏑ — ⏑ —. Atque ex his duobus versibus secundus satis saepe usurpatur ut Ai. 698. 699 *φάνηθ' ὦ θεῶν χοροποί' ἄναξ* Phil. 141. 156 cfr. tabul., primus autem in ea tantum forma, ut ultima thesis irrationaliter producta sit: ⏑̆ ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑̲ — Ant. 846: *ξυμμάρτυρας ὕμμ' ἐπικτῶμαι.* 865. Ai. 604. 615. 1191. Herm. elem. p. 558. Eadem autem irrationalis ultimae theseos productio etiam in II. glycon. c. anacr. invenitur: — ⏑̲ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑̲ — Ant. 815 *ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινύμφειος* = 831. 1122. *Βακχᾶν ὁ ματρόπολιν Θήβαν* = 1133. quam distinctionem paulo infra defendam. Ex reliquis glyconeis c. anacr. memorabilis est Oed. C. 208, qui post anacrusin tribrachum habet: *ὦ ξένοι, ἀπόπτολις ἀλλὰ μή* — ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Metr. p. 79. et postremo III. glycon. c. anacr. ⏑ ⏑̲ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ —, qui praeter Antig. 1151 *Θυίαισιν, αἵ σε μαινόμεναι,* tribus aliis locis, in quibus extat, cum alio versu arctissime coniunctus est Ant. 1144. Oed. R. 870: *ἔτικτεν οὐδὲ μήποτε λά|θα κατακοιμάσῃ* ⏑ ⏑̲ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑̲⏑⏑ — ⏑̲ — = 880. Videmus autem in omnibus his versibus anacrusin quidem ancipitem esse, baseos autem formas, quae illam sequitur, in stropha et antistropha accurate sibi respondere, quode cfr. tabul.

Sed nondum de glyconeis decedere licet, cum non solum in initio anacrusi, in fine syllaba hypercatalectica augeantur, sed haec duo elementa etiam coniungantur, ita ut glyconei hypercatalectici c. anacrusi evadant. Sic invenitur I. glyc. hypercat. c. anacr. ⏑̆ ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑̆ Oed. C. 669 *ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα* = 682. 679 = 692. 211. deinde II. glyc.

⏑̆ ⏑̲ — — ⏑⏑ — ⏑ — — Oed. C. 513 *τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας*
525. 518. 530.

denique III. glycon. eodem modo — ⏑̲ — — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑̆ Tra. 843 *ἀϊσσόντων γάμων τὰ μὲν οὔτι* antistr. 854 corrupt. cuius versuum generis nonnulla exempla Metr. p. 522. ex Pindaro allata sunt, cfr. etiam Metr. p. 536. 537. Atque ad hos glyconeos

proxime accedunt tetrapodiae logaoedicae πρὸς δυοῖν ut Oed. C. 1244: —⏑⏑—⏑⏑—⏑—— ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι cfr. de omnibus tabulam.

Postremo nonnulla verba facienda sunt de glyconeo syncopato, qui inter I. glyconeos solos extat, sicut apud Pindarum quoque primi tantum glyconei syncopati sunt: Olymp. 1, 7; 1 ep. 3; 4, 8 etc. Metr. p. 522. Ac brevissimus eius generis versus apud Sophoclem est in Oed. C. 237. 242. 249:

⏑⏑—⏑ —⏑— ὦ ξένοι αἰδόφρονες et τὰν ἀδόκητον χάριν, de quo Metr. p. 71 omnia exposita sunt, neque minus de forma ⏑⏑—⏑ ⏑⏑— 253 ὅστις ἂν εἰ θεὸς ἄγοι. Ab his autem versibus segregandi sunt nonnulli alii, qui non ad dactylicas illas monodias, de quibus Metr. p. 71 agitur, pertinent, sed in strophis ex solis logaoedicis versibus compositis inveniuntur. Sic extat idem ille versus cum anacrusi ⏑⏑⏑—⏑ —⏑— in Oed. C. 117 = 149 ὅρα τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει; = ἔ ἔ ἀλαῶν ὀμμάτων (de correptione diphthongi in ναΐει cfr. p. 9) initio stropharum magni illius commi inter chorum, Oedipum et Antigonam (immerito Hermannus elem. 253 Seidlerus de vers. dochm. p. 105. hos versus adnumerant dochmiacis) deinde haec forma: ⏑⏑—⏑ —⏑—⏑ Oed. C. 1086 εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμί initio strophae dactylo-epitriticae Metr. 398; denique ⏑⏑—⏑ —⏑—— Phil. 1180 ναὸς ἵν' ἡμῖν τέτακται in commo inter Philoctetam et chorum, ubi tamen Dindorfius proponit: ναὸς ἵν' ἡμῖν πρότέτακται, quod non improbabile est, quia choriambi sequuntur.

Multo frequentius quam hi glyconei a Sophocle usurpantur tales versus, qui a dipodia iambica, post quam thesis syncopata est, incipientes, aut ordine logaoedico, qui a dactylo initium capit, aut ordine choriambico continuantur:

⏑⏑⏑—⏑ ⏑⏑—⏑—— Ant. 806. Ai. 705 etc.

⏑⏑⏑—⏑ ⏑⏑— Ant. 781. Ai. 375. 1199 etc.

nonnumquam primi iambi arsis soluta est (Metr. p. 500) hoc modo:

⏑⏑⏑⏑—⏑ —⏑⏑— El. 824 ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός, ἦ

Tra. 119 πολύπονον ὥσπερ πέλαγος

de quibus non recte indicat Hermannus elem. p. 548, ubi versus ex Oresta 812 secundum nostrorum analogiam metiendi sunt. Semel non logaoedicus vel choriambicus, sed dactylicus ordo

illam dipodiam iambicam excipit: — ⊥ ⏑ — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Oed. R. 175. 186 *ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προςίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν*; raro denique dipodiam iambicam ordo logaoedicus a basi incipiens sequitur:

⏑ ⊥ ⏑ — ⊥ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Ai. 613. 622. 635. Tra. 845 = 856.

⏑ ⊥ ⏑ — ⊥ — — ⏑⏑ — ⏑ — — Ai. 614. 625. 636.

Reliqua omnia horum versuum schemata e tabula cognosci possunt.

Summum autem operam Sophocles in elaborandis pentapodiis posuit, quarum cum omnes formas hic enumerare longum sit, pauca tantum et in universum et de paullo rarioribus monere liceat. Atque primum quidem e tabula statim id elucet, Sophoclem pentapodias cum tribus, duobus, uno dactylo finxisse, omnes autem versus *πρὸς ἑνὶ* dactylum aut secundo, aut tertio loco habere, non primo, nisi simul thesis syncopata sit. Igitur Sophocles non usurpavit hanc formam: ⊥ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ sed tribus locis hanc: ⊥ ⏑⏑ — — ⏑ — ⏑ — ⏑ Oed. R. 1212: *σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε* = 1222. Tra. 525: *ἧστο, τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν.* Neque multo saepius admisit eam formam, in qua post illam syncopam rursus dactylus sequitur ⊥ ⏑⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ — — Ant. 608 *μῆνες ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας* 619, qui idem versus Ai. 1185. 1193 cum III. glyconeo coniunctus est ⏑⏑⏑⏑⏑ — ⏑⏑ — ⊥ ⏑⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ — — et non- et nonnumquam longiores ordines choriambicos claudit ut Phil. 1100. 1121. 1140. ut etiam pro choriambo cum logaoedica clausula accipi possit. De versu post tertiam arsin syncopata ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑⏑ — Oed. C. 216. 218. 220. 222. conferas Metr. p. 71. Paulo frequentius quam illas formas deprehendimus Sapphicum et Phalaeceum (Hephaest. Gaisf. p. 62. 83. Metr. p. 538. Boeckh metr. P. 140) atque hunc aut acatalectum aut catalecticum et in utraque forma etiam anacrusi praeditum: isque versus praeter Oed. R. 871. solus omnium pentapodiarum irrationalitatem ultimae theseos admittit in tribus illis formis, quas iam p. 10. recensuimus, quaeque omnes finem stropharum occupant cfr. tabul. De alia irrationalitatis specie, quam versus Ant. 582 et 1115: ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ praebere nonnullis videri possint, infra uberius dicetur. Ceterum iam Metr. p. 538 id recte monitum

est, pentapodias raro deinceps et plerumque aut in initio aut in fine stropharum extare, quamquam e mediis strophis nequaquam exclusae sunt cfr. Phil. 136. 682. 711. Ai. 700. Oed. C. 1241. Sed in uno carmine, Antig. 838 sq. praevalent, quod cum etiam Metr. p. 537 non recte nobis dispositum esse videatur, hic ascribimus:

5 5 2 3 3 4 5 4 6 4 + 4 4 4 6.

οἴμοι γελῶμαι τί με πρὸς θεων — ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ —
πατρῴων, οὐκ οἰχομέναν ὑβρίζεις ⏑ — — — — ⏑⏑ — ⏑ — —
ἀλλ' ἐπίφαντον; — ⏑⏑ — ⏑
ὦ πόλις, ὦ πόλεως — ⏑⏑ — ⏑ —
πολυκτήμονες ἄνδρες· ⏑ — — ⏑⏑ — —
ἰὼ Διρκαῖαι — — — — —
κρῆναι Θήβας τ' εὐαρμάτου ἄλσος,
ἔμπας — — — — — ⏑⏑ — ⏑ — —
ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι, — — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ —
οἷα φίλων ἄκλαυτος οἵοις νόμοις κτλ. — — ⏑ — ⏑ — ⏑ — — ⏑ —

Iam Metr. p. 537 primi duo versus rectissime pentapodiae factae sunt, sed eodem modo etiam tertius cum quarto, quod probare non possumus. Nusquam enim apud Sophoclem hanc formam — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —, ita ut inter duos dactylos trochaeus interpositus sit, indubitatam inveniri, iam p. 21 significavimus. Neque opus est illa versuum coniunctione, nam versus — ⏑⏑ — ⏑ etiam alibi singulas stropharum periodos disiungit, ut paulo antea v. 813 *τὰν Ἀχέροντος*, ubi antistropha *ὥς φάτις ἀνδρῶν*, quem versum sequitur *χιὼν τ' οὐδαμὰ λείπει*, hos duos versus in pentapodiam coniungi vetat, ne duae theses se excipiant. — Deinde mihi illa verba *ἰὼ Διρκαῖαι* et v. 850 *ἰὼ δύστανος* cum tanta doloris vi ab Antigona prolata esse videntur, ut nullam aliam eorum mensuram quam praepositam admittendam esse censeam, atque pro me etiam antistropha facit, ubi prorsus eodem modo *ἰὼ ματρῷαι* et *ἰὼ δυσπότμων* summa sententiae vi insignita ideoque sine dubio a poeta a sequentibus versibus et metris accurate segregata sunt. Ea igitur verba omnia sic legenda esse existimo:

ἰώ Δίρκαίαί, ἰώ δύστάνός, ἰώ μάτρῳαί, ἰώ δύςπότμών

omnibus enim aliis modis ut — ⊥ — ⊥ — vel ⊥ — ⊥ — ⊥ vis eorum prorsus evanescit. Denique in sequente versu (7) neque in stropha neque in antistropha diviserim, ut Metr. p. 537 factum est et non desunt exempla similium pentapodiarum ut Phil. 139 154: *προὔχει καὶ γνώμᾳ παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον*, sola anacrusi a nostro septimo versu diversum. Ultimum autem I. glyconeum c. anacr. et retard. ultim. thesi *ξυμμάρτυρας ὕμμ' ἐπικτῶμαι*, qui rhythmice illi versui *ἰὼ Διρκαῖαι* respondet, exempla p. 23. collecta tuentur. Denique alteram quoque totius strophae periodum non sine eurhythmia esse numeri adscripti demonstrant.

Restat ut paucis disputemus de hexapodiis logaoedicis, multo eis rarioribus quam sunt pentapodiae, a quibus etiam eo differunt, quod pentapodiae uno semper ordine continentur, hexapodiae nonnumquam e duobus ordinibus compositae sunt. Ex hexapodiis uno ordine contentis prae ceteris dignae sunt, quae commemorentur Ant. 966. 967 = 977. 980.

κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλᾶον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν

⏑⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Hephaest. ed. Gaisf. p. 42.

⊥ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — — ⏑ —

prior tribracho in basi, posterior contracta quarta thesi insignis, deinde Tra. 500: ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — *παρέβαν καὶ ὅπως Κρονίδαν ἀπάτασεν οὐ λέγω*, tum Ai. 194, sola hexapodia, quae ultimam thesin irrationalem habet cfr. p. 10, denique initium carminis antistrophici Oed. C. 118 sq. quod hoc modo describendum est:

ὅρα· τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει; ⏑ ⊥ ⏑⏑ — — ⏑ — cf. p. 24.
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —
ὁ πάντων, ὁ πάντων ἀκορέστατος; ⏑ ⊥ ⊥ ⏑ ⊥ ⊥ ⏑⏑ — ⏑ —

Quam dispositionem non una tantum causa suadet. Primum enim iam repititio vocabulorum *ὁ πάντων* ostendit, in eis vocibus magnam vim inesse, quae prorsus delitescit, si prius *ὁ πάντων* secundo versui in fine additur, cum ea verba in nostra descriptione versum tertium fortissime incipiant. Deinde post duos versus prorsus idem numerus recurrit et ibi quoque eodem verbo bis posito incohatus: *πλανάτας, πλανάτας τις ὁ πρέσβυς οὐδ'*, qui versus cum in omnibus fere editionibus recte consti-

tutus sit, mireris priorem non eodem modo descriptum esse, praesertim cum etiam versus antistrophicus non obstet; nam in eo quoque tum demum fortis oppositio inter verba δυσαίων et μακραίων evadit, si se initio eiusdem versus statim excipiunt. Neque hoc viros doctus prorsus fugit, immo iam Wunderus vidit, singulas voces hoc modo distribuendas esse, sed dochmii, quos ille statuit: ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑⏑ ⏑ ⏑ ⏑, ab hoc loco alienissimi sunt, cum Sophocles dochmiis non ad quemvis animi affectum et motum exprimendum abutatur ut postea Euripides, sed illis tantum locis eos admittat, ubi res vere in discrimen vertit totiuspue actionis καταστροφή adest. Ceterum eidem versus etiam in Aiace 1205 = 1217 recurrunt, atque ut Fritzschius spec. V, 5 post Hermannum elem. p. 566 recte monuit, e bacchio et II. glyconeo compositi sunt. Reliquae hexapodiae ex uno ordine constantes in tabula enumerantur, hic nobis pergendum est ad hexapodias ex duobus ordinibus compositas quarum praecipuae hae sunt: I. glycon. cum Adonio coniunctus exstat:

Ai. 1209 = 1221 ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — — τὰς ἱερὰς ὅπως προσείποιμεν Ἀθάνας.

II. glyc. c. anacr. et retardata ultima thesi cum Adonio Ant. 815. 831.

— ⏑̄ ⏑ — ⏑⏑ — α̅ — ⏑̄ ⏑⏑ — — ἔγκληρον οὔτ' ἐπινύμφειός πώ μέ τις ὕμνος

I. paroemiacus et I. pherecrateus: Ant. 790. 800.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — — ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — — οὔθ' ἁμεριῶν ἐπ' ἀνθρώπων, ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

I. paroemiacus cum ithyphallico syncopato Metr. p. 400. Oed. R. 1097. 1109.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑̄ ⏑̄ ⏑ — — — ἰήϊε Φοῖβε σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη El. 486. 501.

prosodiacus logaoedious et I. pherecr. Ant. 1141. 1150.

⏑⏑ ⏑̄ — — ⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ — προφάνηθ' ὦ Ναξίαις σαῖς ἅμα περιπόλοις.

tripodia trochaica catal. cum II. pherecr. catal. Phil. 137. 152. Metr. p. 538.

⏑̄ ⏑ — ⏑ — ⏑̄ ⏑ — ⏑⏑ — φράζε μοι τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας

et idem versus c. II. glycon. hypercat. Ant. 1145. 1151. iam hic afferatur:

⏑̲⏑—⏑— ⏑̲⏑—⏑⏑—⏑—— πάννυχοι χορεύουσι τὸν ταμίαν Ἴακχον,

ubi in stropha versus sic describendi sunt:

1145. μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρ- ⏑—⏑—⏑—⏑⏑—
νασίαν ὑπὲρ|κλιτύν, ἢ στονόεντα πορθμόν

et cum primo et secundo horum versuum hi ex Oed. R. conferendi: 870. ἔτικτεν οὐδὲ μή ποτε λά-θα κατακοιμάσῃ ⏑⏑̲⏑—⏑—⏑⏑— —⏑⏑—⏑̲— cfr. p. 23.

Ex aliis logaoedicis versibus e duobus ordinibus compositis memorandi sunt Ai. 231 = 255: dactylic. trimeter c. basi et iamb. tripod. catal.

⏑⏑̲⏑̲⏑⏑—⏑⏑— ⏑⏑̲⏑—⏑—— κελαινοῖς ξίφεσιν βοτὰ καὶ βοτῆρας ἱπποκώμας, deinde I. glycon. cum I. pherecrateo coniunctus:

⏑̲⏑⏑—⏑—⏑— ⏑̲⏑⏑—⏑—— Oed. C. 1695. μηδὲν ἄγαν φλέγεσθον οὔ-τοι κατάμεμπτ' ἐβήτην, tum I. glycon. cum diiambochoriambico: Ai. 375.

⏑̲⏑⏑—⏑—⏑— ⏑⏑̲⏑— —⏑⏑— ἐν δ' ἑλίκεσσι βουσὶ καὶ κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις Herm. elem. 427. Metr. p. 538. denique trimeter dactyl. c. I. glyc.

⏑̲⏑⏑——— ⏑̲⏑⏑—⏑—⏑̲— Ant. 946. 957. κρυπτομένα δ' ἐν τυμβή-ρει θαλάμῳ κατεζεύχθη.

Postquam sic omnes ordines logaoedicos absolvimus, postremo nobis disputandum est de eis versibus, qui carminibus logaoedicis immisti sunt, quamquam ad alia metrorum genera pertinent, i. e. de versibus anapaesticis, dactylicis, choriambicis. Atque ex anapaesticis in mediis logaoedicis inveniuntur dimetri: Oed. R. 469. 470 c. antistr.:

ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρώσκει ⏑⏑⏑̲⏑⏑—⏑⏑———
πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας ⏑⏑⏑̲⏑⏑—⏑⏑—⏑⏑—

prorsus legitimi, nam caesuram post primam brevem secundae dipodiae non vetitam esse probatur exemplis apud Gaisford Hephaest. II. p. 94 collectis. Contra in Trachiniis 957 = 968 versus: ⏑⏑⏑̲⏑⏑——⏑⏑—
ἐπεὶ ἐν δυσαπαλλάκτοις ὀδύναις = αἰαῖ ὅδ' ἀναύδατος φέρεται

caesura carent. Sed multo frequentius, quam hi legitimi anapaesti, a Sophocle usurpantur anapaesti ex solis longis syllabis constantes, quos vere tamen anapaestos habendos esse nos optime docent loci ut Electr.

850: *κἀγὼ τοῦδ' ἵστωρ, ὑπερίστωρ* — ⏑ — — — ⏑⏑ — —
πανσύρτῳ παμμήνῳ δεινῶν — ⏑ — — — ⏑ — —
στυγνῶν τ' ἀχέων αἰῶνι. — ⏑ ⏑⏑ — — — ⏑

cum quorum secundo conferas Phil. 829. 1186. Tra. 1027 *θρώσκει δ' αὖ θρώσκει δειλαία* (*δεινά?* = 1007). Neque eius modi paroemiaci desunt: El. 863: *τμητοῖς ὅλκοις ἐγκῦρσαι* Ant. 1121: *Δηοῦς ἐν κόλποις Βακχεῦ* = 1132 *κισσήρεις ὄχθαι χλωρά τ'* contra paroemiacum legitimum habemus Phil. 1135: *πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσαι* Oed. C. 1248. Denique ex solis longis syllabis compositi etiam dimetri anapaestici hypercatalectici duobus locis inveniuntur: Phil. 837 = 853: *καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴσχων* — ⏑ — — — — — — — — et Oed. C. 1560 = 1571 *εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων*, ubi Dindorfius immerito molossos statuit.

Iam igitur progredi licet ad anapaesticos logaoedicos, qui ea re sola ab illis differunt, quod in thesibus nonnunquam breves syllabas habent, atque feliciter evenit, ut nonnullis exemplis explicare possimus, quomodo altera formatio in alteram paulatim transierit. Nam paene prorsus anapaestici sunt:

⏑ ⏑ ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — Oed. C. 517 = 529
τό τοι πολὺ καὶ μηδαμὰ λῆγον
ὤμοι θανατὸς μὲν τάδ' ἀκούειν.

magis iam logaoedici:

⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Oed. C. 1564 = 1575. *νεκρῶν πλάκα καὶ Στύγιον δόμον*
⏑ ⏑ ⏑⏑ — — — ⏑ — Tra. 637 = 644 *ὁ γὰρ Διὸς Ἀλκμήνας κόρος.*
⏑ ⏑ — — — — ⏑ — Oed. C. 1563 = 1574 *μόρῳ τὸν παγκευθῆ κάτω.*
— ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ — Phil. 831 = 847: *τάνδ' αἴγλαν ἃ τέταται τανῦν.*

et his denique versibus non dubitabimus adiungere El. 849:

— ⏑ — — ⏑ — ⏑ — *δειλαία δειλαίων κυρεῖς* = 860 *πᾶσιν θνατοῖς ἔφυ μόρος.*

nam neque diphthongi correptio in *δειλαίων* aliquid offensionis habet cfr. Arist. Pax. 233, neque quod *δειλαία δειλαίων* in tantillo spatio diversa prosodia prolatum est, nam id ipsum poetas minime fugisse ostendit Eurip. Iph, Taur. 869 *τόλμας δεί'ν' ἔτλαν, δεί'ν' ἔτλαν ὤμοι* in dochmiis; denique ad nostram sententiam confirmandam accedit, quod anapaesti sequuntur. Nonnullos versus longiores anapaesticos, qui in logaoedicis observantur, in tabula dactylicis addidimus velut Phil. 678 = 693:
παρ' ὦ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαί-σειεν cfr. Tra. 842 in pentapodiis.

Non rarius autem quam anapaesticos Sophocles in carminibus logaoedicis dactylicos versus usurpavit, qui cum omnes in tabula ordine recensiti sint, hic de eis tantum loquemur, qui singularem aliquam speciem prae se ferunt. Nam formam:
⏑̲ ⏑⏑ — — — Oed. C. 1246 *οἱ δ' ἀνατέλλοντος* El. 1084 *νώνυμος ὦ παῖ, παῖ* pro I. pherecrateo cum retardata ultima thesi, itaque pro ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑̲ — habere possemus, nisi illi versus aut in mediis dactylicis, ut in Oed. C., aut in versibus plerumque cum dactylicis coniunctis, ut in Electra invenirentur, quo accedit, quod etiam similes dactylicorum formae extant: sic in Oedipo C. statim sequitur v. 1247 ⏑̲ ⏑⏑ — — — — *οἱ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖν'* qui versus recurrit El. 129. 472. Ant. 946. 957 quem iam p. 29 attulimus. Deinde commemoranda est forma:
⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — — Oed. C. 239 *τόνδ' ἐμὸν οὐκ ἀνέτλατ' ἔργων* (Metr. p. 81. Fritzsch. spec. V p. 3. affert Eurip. El. 701 = 715) Oed. C. 1245 *αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν.* Denique una syllaba productior ⏑̲ — — ⏑⏑ — — — — Phil. 1192. *γνώμᾳ τῶν πάρος ὧν προὔφαινες* Aliae formae tam prope ad speciem aut pherecrateorum aut glyconeorum accedunt, ut mirari possis, cur eos dactylicis adnumeremus, sed id quoque eam ob causam factum est, quod in mediis dactylicis deprehenduntur. Sic haec forma: ⏑̲ — — ⏑⏑ ⏑̲ — in Oed. C. 202. 673. 706. Phil. 855 pro pherecrateo habenda erit, sed eandem formam in Oed. C. 1242. 1243:

ὡς καὶ τόνδε κατ' ἄκρας
δειναὶ κυματοαγεῖς

ut in Aiace 631. 632. El. 123 *τάκεις ὧδ' ἀκορέστον* 1082

dactylicam esse dicimus. Quin uno loco Tra. 653. 661 *νῦν δ' Ἄρης οἰστρηθείς* = *τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ* ⏑ — — — — — eundem versum ex solis longis syllabis compositum invenimus. III. Glyconeus hic versus videri potest:

⏑ — — — — ⏑⏑ — El. 121. 122 = 137. 138. *ὦ παῖ παῖ δυστανοτάτας*, sed quia in tota hac stropha dactylicus numerus praevalet, hunc quoque cum Metr. p. 62 dactylicis adnumeramus.

Denique nobis dicendum est de usu quodam Sophoclis proprio, nempe quod post dactylicum tetrametrum in integrum dactylum desinentem ponit alium ordinem aut iambicum aut trochaicum:

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Oed. C. 676. *φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον* 1674 sq. Phil. 142. 1043. 1130.

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — Oed. C. 677. *ἀνήνεμόν τε πάντων* 1676. Phil. 143. 1094. 1131.

itaque Phil. 1094 scribendum est *ἕλωσί μ' οὐκέτ' ἴσχω*.

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Oed. C. 1671. *οὐ τὸ μέν, ἄλλο δὲ μή, πατρὸς ἔμφυτον* Oed. C. 540.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — — 1672. *ἄλαστον αἷμα δυς μόροιν στενάζειν* 541.

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Phil. 1112. *κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός·*

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ 1113. *ἰδοίμαν δέ νιν* Seidler. de vers. doch. p. 146.

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Ant. 880. *οὐκέτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν*

⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — — 881. *ὄμμα θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ.*

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Ant. 338. 339. *ἱλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος*

— — — ⏑ — ⏑ — — 340. *ἱππείῳ γένει πολεύων.*

cfr. de hac re etiam Metr. p. 540 et Boeckh metr. Pind. p. 70. fortasse etiam huc pertinet Phil. 861 sq. sed carmen nimis corruptum est.

De choriambicis versibus hic uberius disserere nolo, cum schemata in tabula inveniri possint, e quibus statim illud elucet, longe frequentissimos esse eos versus, qui a basi incipiunt, eamque basin praeter unum locum Ai. 230 = 252 semper spondiacam esse. Multo autem rarius ei versus usurpati

sunt, qui nullo incremento aucti statim a choriambis initium capiunt, omniumque rarissimi sunt ei, qui solam anacrusin eamque semper longam praefixam habent. Atque cum in tanta choriamborum multitudine bis tantum solutio primae arseos inveniatur Ant. 786 φύξιμος οὐδείς = 796 πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς et Antig. 970 ἀγ-χίπολις Ἄρης = 981 ἀρ-χαιογόνων non veri simile videtur, Sophoclem hanc licentiam sibi indulsisse, illisque duobus locis eo magis de corruptela cogitandum erit, cum sententia quoque non sana esse videatur. Itaque non improbabilis est suspitio Dindorfii ad Ant. 970, qui pro forma ⏑̄ — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — restituere vult ⏑̄ — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — —, praesertim cum prius schema eo loco solo apud Sophoclem extet, alterum non ita raro inveniatur, uti ex tabula videri potest. De commutatione choriambi cum dipodia iambica iam supra p. 12 egimus.

Singulis versibus hoc modo pertractatis, procedere nobis licet ad systemata et strophas, in quibus describendis et inter se secernendis iam Rossbachius et Westphalius Metr. p. 532 sq. maximam partem praeierunt. Qua in re hanc disputationis viam nobis proposuimus, ut primum systemata glyconea easque strophas recenseamus, qua ex solis systematis constant; deinde ad eas pergamus, quae solis logaoedicis versibus continentur, tum eas commemoremus, quibus versus choriambici immisti sunt, tum eas, quae Metr. p. 541 merito iambico-logaoedicae appellantur, tum dochmio-logaoedicas, denique eas enumeremus, quae compluribus versibus ita mixtae et compositae sunt, ut certa in eis genera discerni non possint. Ab his omnibus autem ut singulare genus separavimus strophas epitriticas, quibus explicandis in secunda huius dissertationis particula operam dabimus.

Systemata apud Sophoclem et ex I. et ex II. glyconeis composita sunt, perraro ex tertiis, nam quamquam Sophocles systemata non semel tertiis glyconeis distinxit, ut Phil. 1081 sq. 1123 sq. Ant. 808 sq. 100 sq. tamen vix uno loco (Ant. 106) totum systema ex III. glyconeis constare voluit. Ceterum Metr. p. 532 recte monitum est, systemata in Aiace non inveniri, nisi forte Ai. 596 sq. 695 sq. eis adnumerare vis, sed neutrum eorum prorsus legitimum est. Neque minus recte Metr. 533 legimus,

raro totam stropham ex systematis constare, id enim Sophocles his tantum locis admisit: El. 1058 (3 syst.) Oed. R. 1186 (3 syst.) sed secundo loco ita, ut primum et secundum systema non glyconeus, sed prosodiacus logaoedicus incohet: *ἰὼ γενεαὶ βροτῶν* ⏑̲⏑⏑̲⏑̲; denique Phil. 169, ubi tamen unus versus choriambicus v. 175. interpositus est. Nonnumquam maxima quidem strophae pars systematis continetur, postremo autem pro glyconeis dactylici illi tetrametri ponuntur quos versus iambicus sequitur: ⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲⏑⏑

⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲

de qua coniunctione conferas p. 32. Ad hoc genus pertinent Phil. 1081 (2 syst.) 1123 (2 syst.) Oed. C. 668. Finis systematum (cfr. Fritzsche V p. 21) plerumque pherecrateo vel I. vel II. constituitur, nonnumquam pherecrateo I. catalectico ut Oed. C. 129 *ἃς τρέμομεν λέγειν* cfr. Phil. 175, duobus tantum locis tetrapodia logaoedica *πρὸς δυοῖν*: in carmine El. 1062: *εἴ-ρωσι τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν*; et v. 1069. Oed. C. 1214. denique etiam versu Adonio ut Ant. 811 *τὰν Ἀχέροντος* Ai. 1210. aut Adonio cum anacrusi ut Oed. R. 1196 *οὐδὲν μακαρίζω*. Singularis versus claudit Oed. R. 1212: *σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε*; de quo dictum est p. 25. Sed hoc loco paucis commemorandum est, nonnullis locis Sophoclem systemata versu iambico ita terminasse, ut is versus quasi transitum faciat ad secundam partem strophae, ipsam aut iambicam aut trochaicam. Sic in Oed. C. 1211 sq. usque ad v. 1218 systema glyconicum continuatur, deinde sequitur v. 1219 ⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲ *ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ* iambicus dimeter, quem versus trochaici usque ad finem strophae excipiunt. Eodem modo Ant. 332 systema glyconicum incipit, quod v. 336 paroemiaco logaoedico continuatur ⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲⏑⏑̲ *χωρεῖ περιβρυχίοισιν*, v. 337 tripodia iambica clauditur: *περῶν ὑπ' οἴδμασιν* cfr. antistropham:

346. *σπείραισι δικτυοκλώστοις*
περιφραδὴς ἀνήρ·

post quam iucundissimam clausulam nova periodus e versibus iambicis et dactylicis sequitur. Nam hoc loco probare non possumus eam descriptionem, quam Metr. p. 540 legimus, cum et interpunctio et nova sententia, quae versibus 338 *θεῶν τε τὰν*

ὑπερτάταν, Γᾶν et 349 κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου infertur, aperte flagitare nobis videantur, ut post v. 337 et 347 etiam versus finiamus. Et ne eurhythmia quidem nostra descriptione evertitur, cum nunc pentapodia θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν ei pentapodiae, quae totam stropham claudit, respondeat. Sed longum est, omnes strophas enumerare, in quibus systemata extant, praesertim cum eae non ad unum certum definitumque genus pertineant, sed aliae aliter formatae sint. Itaque satius esse putavi, in tabula omnes locos indicare, ut uno quasi obtutu perspici possit, quoties Sophocles systemata usurpaverit, quibusque locis ex primis glyconeis, quibus ex secundis composita vel e duobus mixta. Hic id unum addo, systemata fere semper aut initium strophae occupare ut Ant. 332. Phil. 1123. Oed. C. 1211. aut finem ut Phil. 687. Oed. R. 1212. Tra. 118. Oed. C. 196—206. 705. aut initium et finem Ant. 100; raro mediis strophis inserta esse ut Ant. 808. Oed. C. 670. ib. 125—134 ubi systema anapaesticum stropham claudit.

Itaque iam transire possumus ad eas strophas, quae quamquam non ex solis systematis, ex solis tamen logaoedicis versibus compositae sunt, ad quarum genus eas quoque referimus, quae in initio tantum vel in fine προῳδικόν vel ἐπῳδικόν ex alio metrorum genere habent: huc pertinet Oed. C. 237—240 de quibus versibus Metr. p. 81 satis expositum est; deinde duo illi versus Tra. 1005—1007 cfr. Metr. p. 121. tum Ant. 100. 806. Oed. C. 668. Phil. 1140—1145. Ai. 693 quae stropha iambicum trimetrum habet proodicum, denique Phil. 201 ubi versus iambicus syncopatus stropham incipit:

— ⏑⏑⏑— ⏑⏑⏑—⏑—⏑— εὔστομ' ἔχε παῖ· τί τόδε; προὐφάνη κτύπος,

contra Ai. 596 iambicis versibus clauditur:

607 ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν ⏑⏑⏑⏑⏑—
τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑—⏑——

In toto hoc genere ordines primarii, qui in omnibus strophis inveniantur vel adeo praevaleant, non extant, quam ob rem operae pretium non est, de singularum stropharum compositione uberius disserere.

Paullo certius usum versuum choriambicorum definire

possumus, quorum longiores plerumque aut initium aut finem stropharum occupant (Metr. p. 539). Sic a choriambicis incipiunt: Oed. C. 176. 510. 694. Ai. 1185. 1199. El. 472 ubi notanda spondiaca terminatio:

εἰ μὴ ἐγὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας

⏑̄ — — ⏑⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — — — —

clauduntur eis Ant. 139. quo in carmine dimeter creticus ἰὴ ἰὴ δ' ἄλλα τὰ μέν ⏑̄ ⏑ — — ⏑ — accurate primam strophae partem logaoedicam a secunda choriambica separat, deinde Tra. 851. Phil. 1100 = 1121. 1136—1139, initium et finem choriambi occupant in El. 824. Sed nonnumquam etiam in mediis strophis complures versus deinceps choriambici sunt, ut Ai. 226—230. Tra. 116, ubi post tres versus diiambo-choriambicos: ⏑ — ⏑ — — ⏑⏑ — (cfr. p. 24) systema glyconicum claudit Metr. p. 539.

Praeter has strophas, in quibus versus choriambici certum locum aut in initio aut in fine habent, aliud quoque stropharum genus extat, in quo choriambici versus praevalent, atque prae ceteris graves illae Asclepiadeorum formae, quae irrationalitate ultimae theseos insignitae sunt (cfr. Metr. p. 536):

⏑̄ — — ⏑⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — α̅ — Ant. 945. 949. 951. Phil. 706. 707.

Huc etiam Ant. 781 sq. pertinet, quae stropha a diiambo-choriambico versu incipit et pro simplici illo Asclepiadeo versum habet, cui eadem dipodia iambica praeposita est:

— ⏑̄ ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — α̅ — Ant. 785.

Ex reliquis harum trium stropharum elementis solus commemorandus est usitatus ille versus choriambicus, una tantum syllaba Asclepiadeo brevior: ⏑̄ — — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — Ant. 786. 944. Phil. 710. nam de versibus logaoedicis, qui eis interpositi sunt Ant. 946. 790. 783. Phil. 711. 716 iam p. 28. 29. locuti sumus. Sicut autem hae strophae ex versibus choriambicis et logaoedicis compositae sunt, sic stropha Oed. C. 694 ex choriambicis et iambicis, atque ita, ut choriambi incipiant et deinde cum versibus iambicis plerumque syncopatis alternent. Finem totius strophae duo versus logaoedici occupant, ad quos v. 704, arctissime cum praecedentibus choriambis coniunctus, pulcherrimum transitum facit: Herm. elem. p. 540.

Postremo ei loci mihi indicandi sunt, quibus versus choriambici neque praevalent, neque singularem stropharum partem constituunt, sed singuli versibus logaoedicis immisti sunt ut Ant. 606. 614. 608 (cfr. p. 25). Ai. 629. 630. Phil. 175. 202. Ant. 970 (cfr. p. 33), et in stropha mire ex maxime variis formis mixta, Phil. 676, etiam duo versus choriambici inveniuntur: 681 et 686.

Pergimus ad strophas iambico-logaoedicas, quae primum Metr. p. 541 detectae atque optime explicatae sunt. Illa igitur stropharum nostrarum descriptione nixi primum eas recensebimus, in quibus iambici aut trochaici versus a logaoedicis accurate separati sunt, deinde ad eas perrecturi, in quibus versus logaoedici cum iambicis vario modo miscentur atque copulantur. Ad prius genus pertinent: Oed. C. 1211, carmen iam p. 34 tractatum (Tra. 947. El. 1413. 1414) Ant. 354. 966, et prorsus eodem modo compositae sunt strophae Ant. 583 (cfr. Metr. p. 541) El. 1082 et quodammodo etiam Tra. 821, nisi quod non versus logaoedici, sod dactyloepitritici primam periodum constituunt. Sed ab harum compositione aliquantum recedit Ant. 838, in quo carmine versus logaoedici praevalent, sed 848. 849 duo iambici interpositi sunt et tota stropha clauditur hexapodia iambica syncopata, quam iambica periodus a choro cantata sequitur (cfr. etiam p. 26). Contrario modo Oed. R. 1204 praevalent iambici et trochaici, in quibus 1205 pentapodia logaoedica occurrit, quosque in fine systema e I. glyconeis claudit. Cum versibus 1208—1210 conferas Ai. 401 sq. et Metr. 165. 169.

Sed si in his strophis omnibus iambici aut trochaici versus singularem periodum constituunt, in multis aliis singuli versibus logaoedicis immisti sunt ut in Oed. R. 463 duo ithyphallici 463 *Δελφὶς εἶπε πέτρα* 465 *φοινίαισι χερσίν,* quos sequitur periodus logaoedica et anapaestica (p. 29) et in fine demum ithyphallicus recurrit cum soluta secunda arsi ⏑̣ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — — *Κῆρες ἀναπλάκητοι.* Ad idem genus pertinent carmina El. 245. (Metr. 120.) El. 472 de cuius initio p. 36, fine p. 28 diximus, atque etiam Ant. 332, nam ibi quoque iam-

bici versus interrumpuntur et quidem dactylicis illis tetrametris acatal. de quibus cfr. p. 32.

Denique iambico-logaoedica videntur esse etiam carmina Phil. 1095 = 1116. Ant. 1137 = 1146, nimis corrupta, quam ut quidquam certi de eis statui possit. De eis carminibus, quae Metr. p. 541. 542 ad idem genus iambico-logaoedicum referuntur: Tra. 647. 821. Oed. R. 863. 883. Oed. C. 1044 infra uberius agemus. De carmine Oed. C. 1688—1697 cfr. Metr. p. 274. 278.

Sed statim adiungere libet eas strophas, in quibus versuum logaoedicorum continuitatem unus tantum alterve versus iambicus vel trochaicus interrumpit, omissis tamen strophis aut in initio aut in fine iambicis aut iambicis post tetrametrum dactylicum acatalecticum, quippe quas iam p. 34 et p. 32 commemoraverimus. Ad illud igitur genus pertinet initium carminis Phil. 135, Metr. p. 538 descriptum, Oed. C. 207 cfr. Metr. p. 79. 80. Ai. 626. ubi versus *φρενομόρως ἀκούσῃ* ⏑⏑⏑—⏑—— solus trochaicus est cfr. p. 4. Tra. 844? denique Ant. 1115 = 1126. cuius initium a Dindorfio recte descriptum est, nam versus 1116 constitui non debet: *καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα γένος* ⏓⏑—⏑—⏑⏑—⏒—, cum Sapphicus, qui in arsin desinat, nusquam inveniatur. Sed versus 1121 et 1122 nobis sic potius dividendi videntur:

Δηοῦς ἐν κόλποις Βακχεῦ, —⏓———— cf. p. 30.
Βακχᾶν ὁ ματρόπολιν Θήβαν —⏓⏑—⏑⏑—⏓— cf. p. 23.

Ad genus iambicum in hoc carmine soli pertinent versus 1118:

⏑⏓⏑—⏑—⏑— *γένος κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις*

et ithyphallicus cum anacrusi:

⏑⏓⏑—⏑—— *ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος* 1125. cfr. Ai. 376.

Postremo hic mentio fiat carminis, quod in Oed. C. v. 1239 legimus, quia a duobus iambicis versibus incipit:

⏑⏓ — —⏑—⏑— ⏑ — hexapodia syncopata Metr. p. 221.
⏓⏑—⏑—⏑—⏑—— *πάντοθεν βόρειος ὥς τις ἀκτά*

quos versus Sapphicus hendecasyllabus sequitur. Reliqua strophae pars dactylica est uno tantum versu logaoedico interposito:

—⏓⏑⏑—⏑⏑—⏑——— *ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι* 1244 cf. p. 24.

Illud autem carmen Ant. 876 sq. quod praeter haec elementa etiam creticos continet, nimis corruptum est, quam ut de sin-

gulis versibus certo diiudicari possit, nonnullos versus ex eo p. 32 descripsimus.

Haec igitur omnia carmina sunt, in quibus iambici versus cum logaoedicis aut alternant aut coniuncti sunt, ab eis autem satis longo intervallo ea carmina distant, quae versus dochmiacos continent. In dochmiacis enim strophis versus logaoedici multo rarius usurpantur quam iambelegi vel omnino quam ei versus, in quibus dactyli et iambi non miscentur, sed utrumque metrum nullis alterius generis pedibus interpositis purum servatur. Hoc modo compositum est carmen Ai. 911 sq. quod cum iam a Seidlero de vers. dochm. p. 175 recte descriptum sit, hic non uberius tractemus necesse est. Ad idem autem genus referenda sunt Ai. 372. 393. 880. 900. El. 849, ubi semper versus cum dochmiacis coniuncti ita compositi sunt, ut iambica et dactylica elementa accurate inter se disiungantur: plerumque iambica antecedunt, dactylica sequuntur ut Ai. 911. El. 857. sed etiam dactylica praemittuntur:

— ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — Ai. 374.

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ Ai. 385. (iambelegus converso ordine)

et cum sequento dochmio

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ Ai. 884.

Sed inveniuntur etiam versus vere logaoedici ut I. Pherecrat. ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — — qui Ai. 353. El. 859. strophas claudit Oed. C. 1557. mediis dochmiis insertus est cfr. Seidler l. l. p. 166 sq. Pro eo autem versu occurrit Oed. C. 1456 hic: ⏑ ⏑⏑ — — — — *ἔκτυπεν αἰθὴρ ὦ Ζεῦ* quem Seidler p. 170 dochmium hypercatalecticum esse dicit, cum non reperiat, quem alium numerum hic versus habere possit. At postquam vidimus eundem versum etiam Oed. C. 1247. El. 129. 472 (in fine). Ant. 946. 957 extare et cum dactylicis et cum logaoedicis et cum choriambicis versibus coniunctum, non dubitamus, eum pro dactylico habere cfr. p. 31. De glyconeis et choriambis Ai. 375. iam p. 29. diximus, de anapaesto-logaoedicis Oed. C. 1563. p. 30, de Adonio cum anacrusi Ai. 912 vide Seidlerum l. l. p. 169. At dubitare possumus de versu Ai. 890: *ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου*, qui num sic describendus sit: ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ — I. Pherecrateus

cum dochmio, certo definiri nequit, cum versus antistrophicus 936 mutilus sit.

Sed extant nonnullae strophae, quae e tam variis elementis compositae sunt, ut ad unum genus ex eis, quae iam descripsimus, referri nequeant, itaque de his nobis hoc loco separatim dicendum est. Atque duo praesertim carmina huc pertinent, Phil. 676 et Tra. 517. etiam eam ob causam difficilia, quod sat gravibus corruptelis deformata sunt. Stropha Phil. 676 incipit a dactylo-trochaeis, de quorum compositione Metr. p. 456 sq. coll. p. 470 expositum est; sed in nostro carmine id singulare videmus, quod haec strophae pars ithyphallico clauditur: *παγκρατὴς Κρόνου παῖς* et pentapodiam anapaesticam continet 693 antistr. *παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν.* Deinde etiam contractio thesium secundi dactyli in versibus: *τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς* (cum antistr.) a consuetudine Sophoclis abhorret, qui etiamsi tetrametros dactylicos contractis thesibus usurpavit, uti ex tabula videri potest, nusquam tamen alibi tetrametrum in integrum dactylum desinentem cum hac contractione adhibuit. Illam igitur partem dactylotrochaicam 676—680 sequitur secunda, qua versus choriambici logaoedici iambici continentur, inde a versu 681 usque ad v. 686, et totam denique stropham claudit systema ex I. glyconeis compositum, de quo iam p. 35 dictum est. De versib. 686 = 701 disputari et dubitari potest, sed cum uterque versus corruptus sit, vix quidquam certi efficietur. Multo etiam maiori dubitationi obnoxium est carmen Tra. 517, quippe quod antistropham non habeat, ad quam singuli versus examinari possint. Itaque hoc carmen hic uberius tractare nolumus et prorsus idem cadit in strophas Phil. 827 sq. et epodum 855, ex quibus singulos versus, qui sani videntur esse pp. 30. 16. 17. 18. attulimus, de toto iudicium facere non audemus.

De versibus dactylo-epitriticis et epitrito-logaoedicis.

Iam diu viri docti intellexerunt, metrum dactylo-epitriticum, quod Hermannus in carminibus Pindari, huius metri summi artificis, primus detexit, deinde Boeckhius penitus cognovit et exhausit, etiam a tragicis nonnumquam usurpatum esse, et iam Hermannus in elem. d. m. p. 652 nonnullas strophas ex Prometheo et Medea ad id metrum referendas esse breviter significavit, quas postea Boeckhius (in commentationib. academiae Berolinensis 1822—23 p. 280) accurate descripsit. Denique Rossbachius et Westphalius Metr. p. 439 non solum omnes strophas, quas huc pertinere intellexerant, indicaverunt, sed etiam in eis duo genera distinxerunt et maximam partem earum recte dispositis versibus ascripserunt. Quamquam igitur de hoc metro eiusque apud Sophoclem usu minime dubitari potest, tamen opus videtur, de strophis illis nos paucis disserere, ut recorderis, Sophoclem in compositione harum stropharum eas leges, quas Pindarum secutum esse constat ipsum quoque sibi scripsisse. Quod si viderimus, eo facilius deinde perspiciemus, quomodo hae leges in aliis strophis a Sophocle mutatae et ita diffictae sint, ut postremo novum stropharum genus evaderet, quod cum primo illo Pindarico ne similitudinem quidem ullam servaret.

Ad primum igitur genus dactylo-epitriticum Metr. p. 440. 441. rectissime relata sunt carmina Ai. 172. Tra. 94. Oed. R. 1086 cum stropha ex Tereo, quorum descriptionem habemus Metr. p. 446 sq., atque nos non opus est duo illa genera, quae Metr. p. 440. recte statuuntur, discernere, quippe quae non metris, sed loco tantum, quem in dramate obtinent, inter se differant. In illis igitur strophis fere omnes leges, de quibus Metr. p. 384—400 expositum est, accurate observatas esse intelligimus: illae quoque fere totae compositae sunt ex duobus elementis,

epitrito secunde ⏑̄ ⏑ — — et trimetro dactylico in spondeum desinente ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — —, ex quorum varia coniunctione et iteratione formae nascuntur, quae Metr. p. 391 sq. 394 sq. 396 sq. omnes recensitae sunt. Haec autem stropharum indoles variatur quidem, sed minime tollitur versibus quibusdam, quos Pindarus ceterique lyrici non admiserunt, ut ithyphallico: Oed. R. 1096 *τοῖς ἐμοῖς τυράννοις* et ithyphallico syncopato ibid. 1097: *ταῦτ' ἀρέστ' εἴη*, tetrametro dactylico Ai. 172 *ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις* et III. glyconeo hypercatalectico ibid. 182: *μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν*, quos omnes Metr. p. 443. collectos videmus.

Praeter illa carmina integra ad idem genus dactyloepitriticum etiam initia nonnullarum stropharum pertinent, quarum reliqua pars aut iambica ut Ant. 582. El. 1082, aut iambicologaoedica est ut Tra. 821. Ex his in Antigona 582 extat hic versus: *εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών* = 593

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑̆ — ⏑ — —,

trimeter ille dactylicus cum anacrusi et epitritus secundus, vel cum Metr. p. 386: prosodiacus anapaesticus et epitritus cum anacrusi, quem versum Euripides in Medea frequentavit cfr. 411. 627. 820. 972. Hac versus compositione perspecta facile intelligimus, propter commissuram duorum illorum elementorum a poetis in medio versu ancipitem syllabam admitti, Hermannique suspitionem (cfr. supra p. 17) probari non posse. De Antig. v. 585 infra dicetur. In carmine El. 1082 versus 1083 ex solis epitritis constat, versus 1082 et 1084 a severiore horum carminum norma eo abhorrent, quod in illo etiam primus, in hoc secundus dactylus in spondeum contracti sunt: *οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν γὰρ* — — — ⏑⏑ — — et *νώνυμος ὦ παῖ παῖ* ⏑̄ ⏑⏑ — — —. Tra. 821 est versus iambelegus quode conferas Metr. p. 396. In carmine Tra. 497 (Metr. p. 470) versus 501—503 legitimi dactylo-epitritici in mediis aliis versibus sunt.

Sed aliquantum ab his carminibus recedunt duo alia, de quibus nobis iam paullo uberius agendum est: Oed. C. 1044 = 1059. Eae strophae incipiunt a tribus prosodiacis logaoedicis eius formae, quam usitatissimam esse supra p. 16. indicavimus; deinde sequuntur epitriti secundi et bis Adonius cum anacrusi

1049 ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς 1056 ἀδμῆτας ἀδελφάς. In qua epitritorum cum dactylis coniunctione cum minime offendamus, non possumus tamen non mirari versus 1050 = 1065:

οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
ἁλώσεται· δεινὸς ὁ προςχώρων Ἄρης

nam si hos versus versus cum usitata illa primorum glyconeorum forma: ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — comparamus, eos eo loco longam ideoque irrationalem syllabam habere videmus, quo eam in nullo alio versu apud Sophoclem invenimus. Hi igitur versus aperte contra regulam illam pugnant, quam p. 9 exemplis probavimus, irrationalitatem theseos semper ante ultimam arsin inveniri, nihilominus autem a nobis agnoscendi sunt, cum in nostro carmine non hoc tantum loco, sed etiam v. 1055 = 1070 extent, et ex his duobus versibus antistrophicus ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑̄ — ⏑ — sine dubio sanus sit, etiamsi strophicus: Θησέα καὶ τὰς διστόλους corruptus putatur. Sed quoniam certo scimus, Sophoclem hanc primi glyconei formam alibi non usurpasse, non immerito suspicabimur, nostrum carmen aliquid singulare habere, quod qua re contineatur, iam nobis pervestigandum est. Atque cum supra viderimus, versus 1048. 1051. 1052. epitriticos esse, et constet, epitritos fere semper cum dactylis coniunctos esse, illos dactylos circumspicimus, quos statim in vv. 1049. 1056. 1058. invenimus. In his versibus omnibus nobis occurrit dimeter dactylicus, qui prorsus eodem modo formatus est ac trimeter, alibi plerumque epitritis consociatus, in primo enim pede dactylum semper purum servat, secundus semper in spondeum contractus est prorsus ut trimeter cfr. Metr. p. 384. Itaque non improbabile videtur statuere, nostrum carmen ipsum quoque dactylo-epitriticum esse, ea autem in re ab aliis strophis eiusdem generis differre, quod pro trimetro dactylico dimeter usurpatus est, et simulatque hoc intelleximus, elementa detecta sunt, e quibus tota stropha composita est. Nam illi quoque versus, quos antea explicare non poteramus, quia ab omni Sophocleorum versuum logaoedicorum analogia recedunt, nunc facile ex dimetro illo dactylico et epitrito secundo catalectico compositi esse apparent ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν ⏑̄ ⏑⏑ — — ⏑̄ ⏑ — quocum versu si coniungimus eum qui sequitur:

ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν

⏑̲ ⏑⏑ — — ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑⏑ — —

habemus epitritum secundum utrimque a dimetro illo dactylico circumdatum; contra si coniungimus versus 1048 et 1049

μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις, ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς

— ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑⏑ — —

dimetrum dactylicum in fine, quem dimeter epitriticus cum anacrusi antecedit. Neque magis ad explicandum difficiles sunt vv. 1050 = 1065:

οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη

⏑̲ ⏑̲ ⏑ — ⏑̲ ⏑⏑ — — ⏑̲ ⏑ — ,

quorum secunda pars ex dimetro dactylico et epitrito catalectico constat prorsus eodem modo ac hic versus satis usitatus (cfr. Metr. p. 396): ⏑̲ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — ⏑̲ ⏑ — ex trimetro dactylico et epitrito catalectico: Pind. Ol. 8 ep. 6: πάλα δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν. Illum autem ordinem nostro loco antecedit epitritus cum anacrusi vel syncopatus vel catalecticus ⏑̲ ⏑̲ ⏑ —, cuius exemplum cum trimetro dactylico catal. coniunctum habes Tra. 94: ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα ⏑̲ ⏑̲ ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — cfr. Metr. p. 397. 398. et ibi exemplum ex Pind. Nem. I ep. 4. et de ancipite anacrusi in nostro loco Metr. p. 385 annot. Primi igitur nostri carminis versus sic describendi sunt:

μίξουσιν ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς
οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα

— ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑⏑ — —
— ⏑̲ ⏑ — ⏑̲ ⏑⏑ — — ⏑̲ ⏑ — -
— ⏑̲ ⏑ — — ⏑̲ ⏑ —

eos autem sequuntur duo versus, qui quamquam et in stropha et in antistropha foede corrupti sunt, nihilominus, semel intellecta totius strophae compositione restitui posse nobis videntur.

Incipiendum nobis est a versu antistrophico, qui in codice Laurentiano sic legitur: πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια φάλαρα πώλων ἄμβασις. Quibus cum verbis si Hesychii glossam comparaveris: ἀμπυκτήρια: τὰ φάλαρα. Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐν Κολωνῷ, vix dubitare poteris, quin ab editoribus φά-

λαρα nostro loco recte expulsum sit, quo vocabulo eiecto versus, qui evadit, optime cum illis, quos supra restituimus, convenit: πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια πώλων

⏑̄ ⏑ — — ⏑̄ ⏑ — — ⏑̄ ⏑⏑ — —,

prorsus idem versus atque primus: μίξουσιν ἢ πρὸς Π. κτλ, nisi quod hic anacrusi auctus est. Accedit, quod versu sic reficto etiam a sententia nihil desideratur, nam ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια πώλων iam ab Hermanno in editione prima explicatum est: „quantum frena valent, remissa scilicet rursumque attracta motaque, quibus signis incenduntur animi equorum in citato cursu". Itaque cum in ipsis optimi codicis verbis versum integrum inveniamus, qui neque a sententia laboret et prorsus secundum analogiam omnium aliorum huius strophae formatus sit, ab hoc certo fundamento ad emendandum versum strophicum proficisci possumus, sed antea illum ipsum omni ex parte accurate excutiamus. Atque primum nos forma ipsa versus 1053, tertius glyconeus:

ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν ⏑̄ — — ⏑ — ⏑⏑ —

magnopere offendit, cum vix cogitari possit, Sophoclem in mediis dactylo-epitriticis, qui inde a v. 1048 usque ad finem strophae 1058 semper eisdem elementis decurrunt, unum versum logaoedicum interposuisse. Nihil enim refert, initium carminis ex logaoedicis constare, nam in initio et fine poetas non raro aliis metris uti, iam ex strophis dactylo-epitriticis antiquissimae formae Ai. 172. Oed. R. 1086 de quibus paullo supra diximus, satis elucet; sed mediis strophis sive logaoedica sive alia metra inserere, prorsus contra indolem harum stropharum est cfr. Metr. p. 433. Si igitur iam ex metro concludimus, nostro loco aliquid turbatum esse, idem praeter metrum etiam verba ipsa probant. Nam frustra explicatum ierunt particulam καὶ post Θησέα, neque versione eius καί per „etiam" quidquam proficimus, cum de puellarum solarum liberatione in toto nostro carmine sermo sit, itaque nemo intellegat, quam ob rem Theseus „etiam" puellas liberaturus esse dicatur. Quam offensionem ut amoveret, Hermannus non sine probabilitatis specie suspicatus est, Θησέα explicationis causa ad ἐγρεμάχαν ascriptum, postea in textum irrepsisse, illud igitur nomen una cum inutili illa particula

καὶ eiciendum esse. Sed haec emendationis via quamvis usitata, tamen, si quid videmus, hoc loco ingredienda non est. Primum enim id nobis animadvertendum est, versum Θησέα καὶ τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφάς in omnibus libris sic ut legitur scribi eumque cum antistrophico ἄμβασις οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν vel in spatio singulorum pedum metricorum convenire, nam Θησέα dactylum efficere posse post Porsoni annotationem ad Hecub. v. 870. nemo negabit. Contra versus, qui praecedit ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν nobis suspitionem gravioris cuiusdam corruptelae movet: Iam vidimus cum metro a nostra stropha prorsus alieno scriptum esse, atque huc accedit, quod antistrophico non respondet et ad ἐγρεμάχαν varia lectio ὀρειοβάταν a scholiasta annotatur. Haec ipsa autem varia lectio, quae cum literis vocabuli ἐγρεμάχαν ne minimum quidem consentit, nobis indicare videtur, antiquitus hic lacunam fuisse, quae a grammaticis, postquam verbum φάλαρα in antistropham venit, quoquo modo expleta est. Sane et ἐγρεμάχαν et ὀρειοβάταν paene ἅπαξ λεγόμενα sunt, cum prius vocabulum alibi ἐγρέμαχος, posterius uno loco excepto (Orac. Sibyll. 5, 43) ὀρειβάτης scribatur, et plerumque non licet vocabula singularia pro interpolatis habere, sed nostro loco et duo vocabula singularia extant, quorum alterum sine dubio spurium est et utrumque tam prope ab alio usitato abest, ut talis mutatio captum grammatici non excedere videatur. Itaque si recte statuimus, nobis iam ea notio investiganda est, quae nostro loco omnibus ex partibus satisfaciat, eaque non difficilis est ad inveniendum. Proficiscimur a versu 1055 Θησέα κτλ. quem iam supra antistrophico optime respondere ostendimus, et in quo etiam interpretandi difficultates facillime tolli possunt, dummodo verba paullo aliter construamus. Θησέα enim nomen non pro subiecto, sed pro obiecto habendum est, quo facto particula καὶ prorsus necessaria esse apparet nobisque simul indicatur, in lacuna illa: ἔνθ' οἶμαι . . . . . Θησέα καὶ τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφὰς αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ, subiectum totius enuntiati nobis quaerendum esse. Id autem antiquitus Martem, vel eius epitheton fuisse confidenter contendimus. Nam si hoc statuimus, Mars dicitur Θησέα καὶ τὰς ἀδελφὰς

τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ quae sententia optime congruit cum initio totius strophae, ubi chorus optat: utinam essem ubi mox magnum proelium orietur. Deinde, postquam paullo accuratius regiones definivit, in quibus id proelium commissum iri suspicatur, ex nostra sententia chorus pergit: ibi puto a Marte Theseum et duas virgines mox vehementi pugnae implicatum iri. Redit igitur sententia ad eandem cogitationem, unde profecta est, id quod etiam verba ipsa indicant: nam initio legimus ἀνδρῶν ἐπιστροφαὶ τάχα μίξουσιν χαλκοβόαν Ἄρη, postea Ἄρης dicitur τάχ' ἐμμίξειν Θησέα καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτάρκει βοᾷ.

Id unum restat, ut certo definiamus magnitudinem illius lacunae, quem ad finem nobis versus antistrophicus, quem supra restituimus, certissimam ansam praebet. Sed priusquam lacunam expleamus, disertis verbis profitemur, nos non spondere id ipsum vocabulum, quod inserimus, etiam a Sophocle scriptum esse, immo id tantum contendimus, sententiam, quam illo verbo restituimus, eam esse, quam Sophocles ipse expresserit, a nobis totius loci condicione diligenter pensitata investigatam. Atque versus antistrophicus cum sit:

πᾶσα δ' ὁρμᾶται καὶ' ἀμπυκτήρια πώλων

⏑̄ — — ⏑̄ — — ⏑̄ ⏑⏑ — —

in stropha id fere positum fuisse suspicamur:

προςπόλων Εὐμολπιδᾶν· ἔνθ' οἶμαι Ἄρηα

ita ut totum carmen in hunc modum disponendum sit:

εἴην ὅθι δαΐων
ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ
τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς,
5. οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα
κλῆς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε
προςπόλων Εὐμολπιδᾶν· ἔνθ' οἶμαι Ἄρηα
Θησέα καὶ τὰς διστόλους ἀδμῆτας ἀδελφὰς
10. αὐτάρκει τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ
τούσδ' ἀνὰ χώρους·

— ⊥ ⏑⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — —
5. — ⊥ ⏑ — ⊥ ⏑⏑ — — ⊥ ⏑ —
— ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ —
⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ — —
⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — —
⊥ ⏑⏑ — — ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — —
10. ⊥ — ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ —
⊥ ⏑⏑ — —

3 3 3 6 6 4 4 6 6 6 2

antistropha:

v. 7. *πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινός,*
πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατ' ἀμπυκτήρια πώλων
v. 9. *ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν.*

Pauca tantum de hac descriptione addere liceat: Tres primi versus sunt, uti dictum est, prosodiaci logaoedici formae maxime usitatae, atque hi cum prima parte versuum epitriticorum anacruses habent, cum in secunda strophae parte omnes versus ab arsi incipiant. Sed maxime poetae ars admiranda est in responsione singulorum versuum: octavus enim versus respondet quarto, qui sola anacrusi ab illo differt, nonus quinto sed ita, ut alter alteri in singulorum elementorum dispositione plane oppositus sit: in quinto enim dimetrum dactylicum duobus epitritis, in nono epitritum duobus dactylicis dimetris circumdatos habemus. Sextus versus ab anacrusi incipit et in arsin desinit, septimus ab arsi incipit et acatalectus est. De decimo sufficit ad Metr. p. 393. 403 relegasse, ubi expositum est, duas illas longas syllabas, a quibus noster versus initium capit, totum epitritum aequare, cum utraque thesis illius epitriti syncopata sit, et ibidem etiam exemplum prorsus geminum ex Pindaro legimus: Pyth. I, 3:

πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν ⊥ — ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑ —.

Hic autem versus una cum ultimo epodum constituit, ipsi quoque

aptissime e duobus illis elementis compositi, penultimus ex tribus epitritis, cum ultimus, dimeter dactylicus, alterum totius strophae elementum postremo repetat.

Denipue nostram sententiam de compositione huius carminis etiam secundae huius cantici strophae Oed. C. 1074 = 1084 comprobant, quae nobis utramque versuum dactylicorum formationem simul ostendunt. Primi earum versus Metr. p. 543 descripti sunt, sed nobis praecipui momenti sunt vv. 1079 et 1082, quorum hic: *αἰθερίας νεφέλας κύρ|σαιμι τῶν δ' ἀγώνων* ordinem dactylicum prorsus eiusdem formae continet atque Pindarici versus: ⊥⏑⏑—⏑⏑——; nihilominus autem magis comparandus est cum tragicorum strophis dactylo-epitriticis, quia trimeter ille dactylicus cum ithyphallico coniunctus est prorsus ut Oed. R. 1096: *ὡς ἐπίηρα φέροντα | τοῖς ἐμοῖς τυράννοις* cfr. Metr. p. 443, supra p. 42, hoc enim Pindarus non admisit cfr. Metr. p. 400. Alter autem versus 1079 = 1090 *σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα* prorsus convenit cum versibus 1050 = 1065 a quibus ea tantum re differt, quod non ut illi post dimetrum dactylicum epitritum catalecticum habet: 1079 —⊥⏑— ⊥⏑⏑—— 1050 —⊥⏑— ⊥⏑⏑——⊥⏑—. Sed sine dubio hic versus, qui ipse quoque in mediis epitritis occurrit, optime demonstrat, profecto dimetrum dactylicum in his duabus strophis a Sophocle usurpatum esse, nam aliter quam in epitritum syncopatum cum anacrusi et dimetrum dactylicum dividi non potest.

Restat ut ostendamus, etiam apud Pindarum aliosque lyricos eas formas, quas Sophoclem in his carminibus usurpasse vidimus, nonnullis locis extare, qua in re mox apparebit, id elementum, quod apud Sophoclem primarium est, dimetrum dactylicum, apud illos singulis tantum locis inveniri. Sed iam apud Pindarum noster versus legitur et cum epitritis compositus et sine eis. Illius generis nonnulli versus iam Metr. p. 398 coll. 395 enumerati sunt, ex quibus Ol. 10 ep. 8:

ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ ⊥⏑⏑——⊥⏑——

cum nostris Oed. C. 1050 = 1065 conferas:

δεινὸς ὁ προσχώρων Ἄρης ⊥⏑⏑——⊥⏑—

ad quos etiam propius accedunt Ol. 11 ep. 3 v. 99

παῖδ' ἐρατὸν δ' Ἀρχεστράτου ⊥⏑⏑—⏑⏑⊥⏑—

cfr. Metr. p. 524. Nem. 3 ep. 1. cfr. Boeckh de metr. Pind. p. 136. Denique dimetrum dactylicum cum epitritis coniunctum habemus etiam Ol. 6 ep. 3:

ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι τὸ καί

⏑⏑ — — ⏑⏑ — — ⏑ — — ⏑ — cfr. Metr. p. 418.

quocum conferas Oed. C. 1055. 1056 ⏑⏑ — — ⏑ — — ⏑⏑ — —.

Ex aliis autem lyricis huc pertinet Melanipp. Danaid. frgm. 1:

οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρεον μορφὰν ὄνειδος Metr. p. 438

⏑ — — ⏑⏑ — — ⏑ — —.

Contra singulos ordines constituunt dimetri dactylici praecipue cum aliis ordinibus dactylicis coniuncti Simonid. frgm. 57, 3: *ἀελίου τε φλογὶ χρυσέας τε σελάνας* ⏑⏑ — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — —, Cercid. frgm. 4, *πῶς κιν ἴδοιεν τὰν σοφίαν πέλας ἑστακυῖαν* (Bergk anthol.). At Melanippid. frgm. 4, 4 (Bergk) *τοὶ δὲ παράπληκτον χέον ὀμφάν* ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — Cecrid. frgm. 2, 3. 6. fortasse non e carminibus dactylo-epitriticis sunt. Metr. 48.

Postremo ex Sophocle ipso non praetereundus est Antigonae versus 585 = 596 (cfr. p. 42) *οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον* ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — in quo secundus dactylus non in spondeum contractus est. Hic igitur formatio dactylo-epitritica transiit in logaoedicam, id quod in hoc carminis loco fieri potuit, quia hic versus ultimus primae periodi totius strophae est plane eodem modo atque apud Pindarum Ol. 6, 5 cfr. Metr. p. 417. 418.

Iam igitur venimus ad tertium stropharum epitriticarum genus, quod Sophocles ita instituit, ut pro dactylicis elementis logaoedica inferret, epitritica autem non mutaret, quam ob rem has strophas epitrito-logaoedicas appellavimus. Atque luculentum eius coniunctionis epitriti cum logaoedico versu exemplum praebet versus Tra. 826 = 836:

τῷ Διὸς αὐτόπαιδι· καὶ τάδ' ὀρθῶς = δεινοτάτῳ μὲν ὕδρας
προστετακώς

⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

qui versus prorsus eodem modo formatus est atque hic:

⏑⏑ — ⏑⏑ — — — ⏑ — — nisi quod pro trimetro dactylico Sophocles I. Pherecrateo usus est. Sed Dindorfius, quem alii secuti sunt, negat primam nostri versus partem cum secunda

coniungendam esse propter longam illam syllabam, quam versus antistrophicus septimo loco habet, itaque versum in duos divisit. Sed hoc non recte fieri argumento sunt illi versus ex Antig. 582, qui ad nostros proxime accedunt et quos nemodum dissecuit: — ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — — cfr. Eurip. Med. 824 = 835. et prae ceteris etiam Oed. R. 1096 = 1108:

ὡς ἐπίηρα φέροντα | τοῖς ἐμοῖς τυράννοις

— ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — —

ναί-ων ἐπ' ἄκρων ὀρέων σ' εὖ | ρημα δέξατ' ἔκ του

quos Dindorfius ipse quoque coniungit.

Ad hoc autem genus epitrito-logaoedicum pertinent strophae Oed. R. 863. 883. Tra. 633. 647. 953. quas priusqam singillatim pertractemus necesse est ut eos versus percenseamus, qui praecipuum in eis locum obtinent, neque solum epitrito-logaoedicos, sed etiam epitriticos. Ex versibus logaoedicis frequentissimus est prosodiacus: — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — quem iam Oed. C. 1044 sq. in alio stropharum epitriticarum genere deprehendimus quique in nostro Oed. R. 868. 869. Tra. 953 c. antistr. recurrit, et ab hoc non multo differt prosodiacus Tra. 647: ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — a duobus anapaestis incipiens.

Deinde versus ex paroemiaco et epitrito compositus Ant. 582 — ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — — etiam Tra. 635. 642. 649. 656 invenitur. Tum quatuor locis hanc versuum coniunctionem habemus:

— ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ Tra. 633. 957. et bis deinceps Oed. R. 885. 887.

⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Hic igitur paroemiacus non iam dactylicus vel anapaesticus, sed vere logaoedicus est, et secundus versus nulla gravi epitriti thesi insignitus, ut trochaicus videri possit; neque obstinate negare volumus, eum trochaicum esse, sed eundem etiam epitriticum esse posse, ostendunt hi versus ex carminibus dactylo-epitriticis gravissimae formae, qui ipsi quoque epitriti thesin non retardatam habent: Pind. Ol. 10 ep. 9 ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — οὐδ' ἐρίβρομοι λέον-τες Arist. Eq. 1265 μηδὲν ἐς Λυσίστρατον ubi statim proximus versus 1266, prorsus idem ac prior, trimetro vere epitritico terminatur:

λυ-πεῖν ἑκούσῃ καρδίᾳ: ⏑ ⏑ — — — ⏑ —.

Omnino autem veri simile est, Sophoclem in his strophis

epitrito-logaoedicis quae a dactylo-epitriticarum gravitate tam longe recedunt, etiam epitritos non tam severe ad normam illarum stropharum formasse, et profecto in nostris carminibus breves epitritorum theses non raro longis respondent, id quod paullo infra videbimus. Deinde non dicimus haec carmina, quae a nobis epitrito-logaoedica appellata sunt, a genere illo dactylo-epitritico tantum ut speciem a genere differre, sed nihil aliud contendimus nisi hoc, nostra carmina ad unum idemque genus pertinere, quippe in quibus omnibus vel eidem versus, vel adeo eaedem versuum coniunctiones inveniantur, atque cum hae ex versibus et epitriticis et logaoedicis constent, totum genus epitrito-logaoedicum appellavimus. Sed redeamus ad singulos versus:

Praeter illos ex ordinibus logaoedicis et epitriticis compositos etiam epitritici sine logaoedicis elementis occurrunt, quorum frequentissimus est epitritus cum anacrusi et ithyphallicus:

⏑̲ ⏑̲ ⏑ — ⏑̲ ⏑̲ ⏑ — ⏑ — — Oed. R. 865. 875. 889. 891. 903. 905. Tra. 954.

Videmus igitur hic ithyphallicum, qui apud Pindarum nusquam, in strophis dramaticorum in fine tantum stropharum aut periodorum locum habet (cfr. Metr. p. 400), eum hic cum epitrito coniunctum etiam in mediis strophis non raro usurpari. Reliqui versus fere omnes meri epitritici sunt, itaque nunc ad singula carmina transire possumus.

Ex eis Oed. R. 883. Tra. 647 accurate in duas partes separata sunt, logaoedico-epitriticam et epitriticam, contra Oed. R. 863. Tra. 633. 953. magis logaoedici sunt. Atque Oed. R. 883, quod a tetrametro trochaico incipit, fere totum ex eis versibus compositum est, quos supra percensuimus, ita ut singularia quaedam hic commemorasse sufficiat: animadvertenda enim est haec responsio inter versus 891 = 905:

ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων
σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν . ⏑̲ ⏑ — ⏑̲ ⏑̲ ⏑ — ⏑ — —

deinde etiam hi versus cum syncopa: 893 = 906

τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμοῦ βέλη
φθίνοντα γὰρ . . . . . Λαΐου

⏑ ⏑̲ ⏑ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ —

denique clausula totius strophae per Adonium c. anacr. 896 = 910 *τί δεῖ με χορεύειν.*

Ex Trach. 647 necesse est ut eam partem describamus, quae in editionibus non recte disponitur, inde a v. 650; nam de primis duobus versibus iam supra p. 51 egimus:

χρόνου πελάγιον ἵδριες οὐδέν·
ἃ δέ οἱ φίλα δόμαρ τάλαιναν
δυςτάλαινα καρδίαν πάγκλαυτος αἰὲν ὤλλυτο.

antistr. 657.

πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε
νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας,
ἔνθα κλήζεται θυτήρ· ὅθεν μόλοι πανίμερος

⏑ ⏓ ⏑ ⏖ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑
⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ — cfr. Melanipp. v. 3. Metr. p. 438.

De solutionibus in primo versu, a quibus etiam Pindari usus non prorsus abhorret conferas Metr. p. 390. Boeckh de metr. Pind. p. 280. Secundus versus proxime accedit ad illos ex epitrito cum anacrusi et ithyphallico compositos, qui sola anacrusi ab hoc differunt. Pro eo versu in editionibus secundo loco legitur hic: *τάλαιναν δυστάλαινα καρδίαν* i. e. ⏑ ⏓ ⏓ ⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑ — hexapodia iambica cum syncopata II. et III. thesi (cfr. Metr. p. 219—222), quae in mediis his strophis tolerari non potest neque usquam invenitur, nam similis versus Oed. C. 1084 = 1095 et in fine totius strophae extat et in carmine, quod ad nostrum genus epitrito-logaoedicum non pertinet.

Paullo etiam plus logaoedica quam illa carmina sunt strophae Oed. R. 863. Tra. 633. quarum prior ab hoc versu incipit — ⏓ ⏑ — ⏓ ⏑ — ⏑ *εἴ μοι ξυνείη φέροντι* epitrito cum anacr. syncopato et epitrito acatalectico; deinde v. 865 memorabilis est propter responsionem cum versu 875:

ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται
ἃ μὴ 'πίκαιρα, μηδὲ συμφέροντα
⏖ ⏓ ⏑ — ⏖ ⏓ ⏑ — ⏑ — —

et fortasse idem versus est 867 *δι' αἰθέρα τεκνωθέντες ὧν Ὄλυμπος* ⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏓ ⏑ — ⏑ — — siquidem eadem secundae arseos

epitriti solutio etiam apud Pindarum Isthm. 3 ep. 6 extat: *να-ὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι* ⏑̄ ⏑ — — ⏑̄ ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑̄ ⏑ — cfr. Metr. p. 390. sed versus antistrophicus nostro loco non integer est. De versu *ὑφίποδες οὐρανίαν* — ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — iam p. 17, de vv. 868 et 869 iam p. 51, de v. 870 iam p. 29 dictum est, de ultima pentapodia cum retardata ultima thesi conferas tabulam et p. 10.

Ex carmine Tra. 633 tres primi versus huc pertinent, de quibus singulis iam p. 51 egimus ut de versibus 637 = 644 p. 30.

Denique huc retulimus carmen Tra. 953, quia nonnulli eius versus cum eis, quos supra enumeravimus, prorsus conveniunt. Nam hoc quoque carmen incipit a prosodiaco logaoedico frequentissimae formae: — ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ —, quem sequitur pentapodia, prorsus eodem modo atque illi versus Oed. R. 875 etc. ex epitrito cum anacrusi et ithyphallico composita; deinde v. 957. 958 eam versuum coniunctionem ostendunt, quam p. 51 attigimus. Ultimi denique totius strophae versus: 961 = 970.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑ — —

⏑̄ ⏑ — ⏑ — —

paroemiacus logaoedicus et ithyphallicus simillimi sunt ultimis prioris strophae, Tra. 633:

ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται

— ⏑̄ — — ⏑⏑ — ⏑ ⏑̄ ⏑ — ⏑ — —

Propter has igitur causas hoc quoque carmen Tra. 953 ad genus epitrito-logaoedicum non immerito referetur.

Itaque hac altera dissertationis parte demonstrasse mihi videor, tria diversa stropharum epitriticarum genera apud Sophoclem extare: primum dactylo-epitriticum a Pindaro aliisque lyricis acceptum in nonnullis carminibus integris, aliorum quorundam initiis; deinde novum dactylo-epitriticum duobus carminibus repraesentatum, quae pro usitato trimetro dactylico dimetrum habent, et quidem Oed. C. 1074 utramque formam, Oed. C. 1044 dimetrum solum, sed utrumque carmen accurate retinet severam longarum epitriti thesium normam; denique genus epitrito-logaoedicum, quinque strophis contentum, quod propter frequentem usum paroemiaci logaoedici, ithyphallici, brevium epitritorum

thesium etiam in responsione cum longis, a stropharum dactylo-epitriticarum severitate satis longo intervallo distat.

Irrationalitas ultimae theseos.

Herm. elem. 529. Weissenb. II, 19 not. 29. Selckm. p. 13. Metr. 536. 538.

non respondens:	respondens:
I. Pherecr. catal.	
⏑⏑⏑–⏓– Phil. 176. 187. Ai. 703. 715.	⏑⏑⏑–α̲– Oed. R. 870. 800. Ai. 403. 420. El. 835=847 in choriamb. Ant. 785 in choriamb. Tra. 851 in choriamb. Tra. 636. Phil. 712. 725. 830. 846. Ant. 945. 949. 951 in Asclepiad. Phil. 681. 706. 707 in Asclepiad.
	⏑⏑⏑⏑–α̲– Ai. 704 = 716.
Prosodiaci.	
–⏑⏑ ⏑–⏓– Tra. 846 = 857.	–⏑⏑⏑–α̲– El. 504. 506. Tra. 828. 829 etc. cfr. infra sub „prosodiacis“.
I. Glyconeus.	
	⏑⏑⏑–⏑–α̲– Tra. 949. 952. Ant. 946. 957.
II. Glyconei.	
⏑––⏑⏑–⏓– Phil. 1128. 1151.	⏑––⏑⏑–α̲– Ant. 105 ἁμέρας βλέφαρον Διρκαί-ων sec. Metr. p. 536.
⏑⏑⏑⏑⏑–⏓– Tra. 1005. 1016.	
Glycon. c. anacr.	
⏑⏑⏑⏑⏑⏑–⏓– Oed. Col. 1564. 1575.	⏑⏑⏑⏑⏑–⏑–α̲– Ant. 846. 865. Ai. 604. 615. 1191. 1198.
	–⏑⏑⏑⏑–α̲– Ant. 815. 831. 1122. 1133.
Pentapodiae.	
⏑––⏑⏑⏑–⏑– Phil. 209. 218.	⏑⏑⏑––⏑⏑⏑–⏑–α̲– Oed. R. 871. 881.
	–⏑––⏑⏑⏑–⏑–α̲– Oed. Col. 520. 533.
	–⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑–α̲– Ant. 816. 833.
Hexapodia.	
	⏑⏑⏑–⏑⏑⏑–⏑–⏑–α̲– Ai. 194.

B a s i s.

Basis tribrachica.

Ant. 109. 126. Ai. 1185. 1191. Tra. 844. Oed. C. 182. 197. 200. 207. Ant. 966. 977.

spondeus respondens trochaeo:

Oed. R. 1190 = 1199. Ant. 100. 335. 808. Ai. 598 = 610. 600 = 612. Trach. 845 = 856. Phil. 1166 = 1143. El. 1065 = 1077. Oed. C. 126. 127. 132. 182. 671. 1212. 1216.

iambus resp. trochaeo:

Phil. 1125 = 1148. 1126 = 1149 (corrupt.).

iambus resp. spondeo:

Ant. 604. 814. 843. Oed. R. 1193 = 1202. Phil. 173. 174. 1145. 1168 in Phalaeceo. Ced. C. 670. 674. 669. 1215.

Basis in III. glyconeis.

⏑ – – – – ⏑⏑ – Ant. 106. 137. Phil. 215. 1102. 1164. 1167.

⏑ – – ⏑ – ⏑⏑ – » 125. 151. » 206. 1081. 1141. 1144.

⏑ – – – – ⏑⏑ – Ant. 810. 1124.

⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – » 827. 1135.

⏑ – – – – ⏑⏑ – Ant. 827. ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – Ai. 1187. Ant. 107. 1116.

⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑⏑ – » 810. ⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – » 1195.

⏑ – – ⏑ – ⏑⏑ – Ant. 1121.

⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – » 1130. Oed. C. 1241.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – Ant. 104. 120. Phil. 1191.

Tripodiae logaoedicae.

a. Pherecratei.

I. Pherecrateus acatal. Gaisford Hephaest. II p. 110.

⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Oed. C. 187. 1557. 1691. 1695. Ant. 608. 610. 790. 972. 1119. Ai. 229. 230. 353. 890. Tra. 120. 506. Phil. 690. 1100.

I. Pherecrateus catal. Herm. elem. p. 559.

⏑ ⏑⏑ – ⏑ – Ant. 807. 842. Ai. 627. 702. El. 244. 245. 474. Phil. 176. 863. 1155. Oed. C. 129.

⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ – Ant. 1141. 1150.

II. Pherecrateus catal.

⏑ ⏑ – ⏑⏑ – Ant. 104. 120. 1123. 1134. Phil. 138 *γὰρ τέχνας ἑτέρας.*

⏑ – – ⏑⏑ – Ant. 136. 150.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ – Ant. 879 *ταλαίφρων ἄγομαι.* Ai. 605. 606.

b. Prosodiaci. Herm. elem. 556. Seidl. dochm. 261.

⏑⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – Oed. R. 1211 = 1220.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – Trach. 647. Boeckh metr. P. 139. Herm. elem. 557.

⏑⏑ ⏑ – – ⏑ – Ant. 1141. 1150.

– ⏑ – – ⏑ – Oed. C. 121. 122. El. 1238.

⏓ ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – Oed. R. 466. 467. 1186. 1189. Oed. C. 181. 1044. Oed. R. 868. 869. Ant. 612. Tra. 953.

⏒ ⏑ ⏑⏑ – ⏓ – Ai. 704. 716.

⏒ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – Ant. 354. 355. Ai. 374.

– ⏑ – – ⏑⏑ – Phil. 205. Gaisford ad Hephaest. II p. 203.

– ⏑ – – ⏓⏓ – Oed. C. 1074. 1085. El. 511.

⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – Ant. 1138. 1146 (ex Dindorfii coniect.).

– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – Ant. 971. 982. Metr. 521. Herm. elem. 558.

– ⏑ ⏑ – – – El. 510. 512. 1239.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – Oed. R. 866. 876. Herm. elem. p. 558.

Prosodiaci catalectici.

⏓ ⏑ ⏑⏑ – ⏓ Oed. R. 468. 471. 896. 1196. 1203. Ai. 914. 960. Phil. 1179. 1193. 717. 729. Hermann elem. 555.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – – Phil. 859. 863.

Prosodiaci cum soluta I. arsi.

⏒ ⏑ ⏑ ⏑ – – – El. 505. 515. Phil. 832.

– ⏑ ⏑ ⏑ – – – El. 504. 506. 508. 509. Tra. 828. 829. 838. 839. 847. 858. Phil. 835. 851.

– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏒ – Tra. 846. 857.

– ⏑ ⏑ – – – – Phil. 828. 844. 836. 852.

⏑ ⏑ ⏑ – – – – El. 514.

catalectici.

– ⏑ ⏑ ⏑ – – Oed. C. 518. 532.

c. Paroemiaci. Hermann elem. 421.

I. Paroemiacus: Gaisf. Heph. II, 154. Boeckh m. P. 138.

⏓ ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏓ Oed. R. 885. 1096. Oed. C. 194. 195. 511 = 522 polysch. 514. 680. El. 501. Ant. 605. 783. 784. 789. Tra. 517. 633. 957. 960 polysch. Phil. 1216.

II. Paroemiaci. Metr. p. 495.

– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – – Ant. 336. 346.

– ⏑⏑ ⏑ – – – – Phil. 833. 849.

⏑⏓ ⏑ ⏖⏑⏑⏖⏖ Phil. 1209. Tra. 969 polysch.
⏒⏓ ⏑ ⏖⏑⏑⏖⏖ Phil. 208. 217.
⏓⏓ ⏒ ⏖⏑⏑⏖⏖ Phil. 207. 216.
⏖⏓ ⏖ ⏖⏑⏑⏖⏖ Oed. C. 522 polysch.
⏖⏓⏑⏑⏖⏑⏑⏖⏖ Ai. 901 = 947 in dochm.

d. versus cum duplici anacrusi.

⏑⏑⏓⏑⏖⏖ Oed. C. 134. 166. Ant. 609. Boeckh metr. P. 139.
⏑⏑⏓⏑⏖⏑⏖ Oed. R. 1211. 1220.
⏑⏑⏓⏑⏖⏑⏖⏖ Ant. 611. (Phil. 1176. 1177. anaclom. cfr. Metr. p. 314. 315.)
⏑⏑⏓⏑⏖⏑⏖⏑⏖⏖ Ai. 703. 715. Boeckh metr. P. 136. 139.

Tetrapodiae logaoedicae.

a. Glyconei.

I. Glyconeus. Boeckh metr. P. 137. Metr. p. 522.
⏓⏑⏑⏖⏑⏖⏑⏑ Oed. R. 1212 sq. Ant. 332. Ai. 375. 1209. Tra. 118 sq. Phil. 685. 689 sq. El. 1058 sq. 1066 sq.

Glyconei hypercatal.

I. glycon. ⏓⏑⏑⏖⏑⏑⏖⏖ Oed. C. 130. 161. 1693. 1720. Ai. 701. 714.
II. glycon. ⏓⏖⏖⏑⏑⏖⏑⏖⏓ Oed. C. 210. 240. 668. 678. 681. 691. Ai. 598. 599. 601. Metr. p. 522. 536. Boeckh metr. P. 139. Herm. el. 368.
⏓⏑⏖⏑⏑⏖⏑⏖⏖ Ant. 1145. 1152. Tra. 529.
⏑⏓⏓⏑⏑⏖⏑⏖⏖ Ant. 604. 615. 870. Oed. C. 133. 165.
III. glyc. ⏓⏑⏖⏑⏖⏑⏑⏖⏖ Ai. 182. 193.
⏓⏖⏖⏒⏖⏑⏑⏖⏖ Phil. 206. 215.
⏓⏖⏖⏖⏖⏑⏑⏖⏑ Oed. R. 464. 474.

Glyconei cum anacrusi. Herm. elem. 558.

I. glycon. ⏒⏓⏑⏑⏖⏑⏖⏑⏖ Ant. 846. 865. Ai. 604. 615. 1191.
II. glycon. ⏑⏓⏖⏖⏑⏑⏖⏑⏖ Ai. 698. 699. 710. 711. Metr. p. 522.
⏖⏓⏖⏖⏑⏑⏖⏑⏖ Phil. 831. 847.
⏒⏓⏑⏖⏑⏑⏖⏑⏖ Phil. 141. 156.
⏖⏓⏑⏖⏑⏑⏖⏑⏖ Ant. 815. 831. 1122. 1133.
⏖⏓⏑⏑⏖⏑⏑⏖⏑⏖ Oed. C. 208.
III. glycon. ⏒⏓⏑⏖⏑⏖⏑⏑⏖⏖ Oed. R. 870. 880. Ant. 1144. 1151.

Glyconei hypercat. c. anacrusi. Metr. p. 522.

I. glycon. – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑̄ Oed. C. 211. 669. 682. 679. 692.

II. glycon. ⏓ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Oed. C. 513. 525. 518. 530.

III. glycon. – ⏑ – – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ Tra. 843.

I. glyconeus syncopatus. Metr. p. 479.

⏑ ⏑⏑ – – ⏑ – Oed. C. 237. 242. 249. Metr. p. 71. Herm. el. 423.

⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑⏑ – Oed. C. 252.

⏑ ⏑ ⏑⏑ – – ⏑ – Oed. 117. 149. Metr. p. 522.

– ⏑ ⏑⏑ – – ⏑ – Ai. 197. 199.

⏑ ⏑⏑ – – ⏑ – ⏑ Oed. R. 1086. Metr. 398. Herm. el. 431.

⏑ ⏑⏑ – – ⏑ – – Phil. 1180. sed Dindorfius aliter.

b. Tetrapodiae log. πρὸς δυοῖν. Herm. el. 540.

⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – Oed. C. 118. 704. 716. Metr. 522.

⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ – Oed. C. 1564. 1575. Boeckh metr. P. p. 138.

⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – El. 1062. 1074. 1069. 1080. Oed. C. 1214. Soph. frgm. 529, 3 Nauck. Metr. 448.

– ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Oed. C. 1244.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Ant. 355. 366.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – Ai. 231. 255. Metr. 522.

c. versus diiambo-choriambici et diiambo-logaoedici. Fritzsche spec. II, 5. Herm. elem. p. 537. Gaisf. ad Hephaest. II, 198.

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – Ant. 781. 791. ⏓ – ⏑ – etc. Ai. 375. 390. 1199 Phil. 1136 = 1160. Tra. 116 sq. = 126 sq.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – – ⏑⏑ – Trach. 119 = 129. El. 824 = 837.

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ Oed. R. 463. 473.

⏓ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – – Ant. 782. 792. Oed. C. 1079. 1090. Hermann elem. p. 431.

– ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – Ant. 838 857.

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – – Ant. 806. 823. Ai. 705. 718.

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – El. 1058. 1070.

– ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – Oed. R. 175. 186.

– ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑̄ – Ant. 785. 795.

– ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – – Ai. 229. 251. Phil. 1100? Herm. elem. 427 sq. cfr. Ai. 1199 sq. = 1211 sq.

⏓ ⏑ ⏑ – ⏑̄ – ⏑⏑ – ⏑ – Ai. 613. 622. 635. Tra. 845. 856. Herm. elem. 225. Hephaest. ed. Gaisf. p. 64.

⏓ ⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑ – – Ai. 614. 625. 636.

Pentapodiae logaoedicae.

c. 3 dactylis.

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Ant. 134. 135. 148. 149. Hephaest. p. 47,4. Boeckh m. P. 137. Herm. elem. 366.

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – Tra. 1005. 1015. Phil. 827. 843. Boeckh ibid.

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑ – Oed. C. 216. 218. 220. 222.

⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Ant. 608. 619. Ai. 1186. 1193.

– ⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Ant. 606. 617. 614. 625.

⏑⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – Tra. 842. 853.

⏑⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ Ant. 1115. 1126.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – – Ant. 582. 593. cfr. Boeckh metr. P. 138.

⏑⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – Tra. 519.

⏑ ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – Oed. R. 174. 185.

c. 2 dactylis.

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ El. 1413. 1433. Ai. 885. Herm. elem. 366. Boeckh metr. P. p. 137.

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – El. 1414. 1434.

⏑⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ Oed. R. 1212. 1222. Tra. 525.

dactylus II. loco. Phalaeceus.

Hephaest. 62. Metr. 507. Herm. elem. 368.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – – Phil. 682. 698. 1140. 1162.

⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – – Ai. 700. 712. Boeckh m. P. 140.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – – Phil. 136. 151. 1145. 1169.

– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – – Phil. 711. 722. 856.

– ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – Oed. C. 520. 533.

⏑⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – Oed. R. 871. 881.

– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – Ant. 816. 833.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – Phil. 209. 218.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – Oed. R. 1205. 1214.

dactylicus III. loco. Sapphicus. Hephaest. 83. Metr. 509.

⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑ – – Oed. C. 1241.

⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑⏑ – ⏑ – – Ant. 840. 858. Hephaest. 79. Metr. 510.

⏑ – – ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Ant. 105. 121.

⏑ – – – – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ Phil. 139. 154.

– ⏑ – – – – ⏑⏑ – ⏑ – – Ant. 845. 864.

– ⏑ – – – – ⏑⏑ – ⏑ – Phil. 716. 727. Alcaicus Hephaest. p. 84.

Hexapodiae logaoedicae.

⏑⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Ant. 966. 977. Hephaest. p. 42.

⏑ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — — ⏑ — Ant. 967. 978.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — Tra. 500. 510.

⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — Ai. 194.

⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — Ai. 195. Boeckh metr. P. p. 140. Herm. elem. p. 368.

⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — Oed. C. 119. 124. 151. 155. Ai. 1205. 1217. Herm. elem. 566.

Hexap. logaoed. ex duobus ordinibus compositae.

glyconeus cum Adonio Metr. p. 498.

⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — — Ai. 1209. 1210 = 1221. 1222.

— ⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — — Ant. 815. 831.

paroemiacus cum pherecrateo.

— ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — — Ant. 790. 800.

paroemiacus cum ithyphallico syncop.

— ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑⏑ — — Oed. R. 1097. 1109. El. 486. 501. Metr. p. 400. Dindorf metr. Aeschyli etc. p. 82.

prosodiacus cum pherecrateo.

⏑⏑ ⏑ — — ⏑ — ⏑ ⏑⏑⏑⏑ — Ant. 1141. 1150.

tripodia trochaica cum pherecrateo.

⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑⏑ — Phil. 137. 152.

Longiores versus logaoedici ex duobus ordinibus compositi.

⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — Ant. 1145. 1152.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — — Ai. 231.

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — Oed. R. 870.

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — Ant. 1144. 1145 = 1151. 1152.

⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — — Oed. C. 1691.

⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — — Oed. C. 1695. Metr. 503. 506.

⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ — — ⏑⏑ — Ai. 375. 390.

⏑ ⏑⏑ — — — — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — Ant. 946. 957.

Versus anapaestici in logaoed. Fritzsche spec. V, 12.

dimeter anapaesticus.

⏑⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — — Oed. R. 469. 479.

⏑⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — Oed. R. 470. 480.

⏑⏑ ⏑⏑ — — — ⏑⏑ — Tra. 959. 968.

dimetri anapaest. ex solis longis syllabis constantes.

— — — — — — — — Phil. 829. 845. 1186. El. 195. 203. 214. 221. 223. 851. Tra. 1026. Ai. 198?

— — — — ⏑⏑ — — El. 850. 861.

hyper-cat. — — — — — — — — — Phil. 837. 853. Oed. C. 1560. 1571.

eiusdem generis paroemiaci.

— — — — — — — El. 153. 173. 193. 202. 213. 216. 222. 233 sq. 863. Ant. 1121. 1132.

dimetri logaoedo-anapaestici.

⏑ — ⏑⏑ — — ⏑⏑ — — Oed. C. 517. 529.

⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — Oed. C. 1564. 1575.

⏑ — ⏑⏑ — — — ⏑ — Tra. 637. 644.

⏑ — — — — — ⏑ — Oed. C. 1563. 1574.

— — — — ⏑⏑ — ⏑ — Phil. 831. 847.

— — — — ⏑ — ⏑ — El. 849. 860.

Versus dactylici in logaoedicis. Fritzsche spec. V, 15.

dimet. — ⏑⏑ — — Oed. C. 1058. 1073. Ant. 140. 813. 815. 841. 859. Ai. 409. 427.

trimet. — ⏑⏑ — — — Oed. C. 1246. El. 1084.

— ⏑⏑ — ⏑⏑ — Ai. 222. 884. 913. Phil. 857. Tra. 115.

— ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ Tra. 112 sq. 122 sq. 501. 503. 522. Gaisf. ad Hephaest. II p. 85.

— ⏑⏑ — — — — Oed. C. 1247. 1456. El. 129. 472. Ant. 946. 957.

— — — ⏑⏑ — — Oed. C. 202. 673. 706. 1242. 1243. Ai. 631. 632. Phil. 855. El. 123. 1082. Oed. R. 1192.

— — — — — — Tra. 653.

— — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Oed. C. 1248.

⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Phil. 1135.

tetrameter. ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ Oed. C. 540. 676. 1671. 1674. 1675. Ant. 339. 340. 880. Phil. 142. 861. 1091. 1093. 1130. 1133. Ai. 172. cfr. Metr. p. 540. Boeckh de metr. Pind. p. 70.

⏑̄ ⏑⏑ — — — ⏑⏑ — ⏑⏑ Phil. 677. 692.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Phil. 860. 1190. Wunder adversaria in Phil. p. 113.

⏑̄ — — ⏑⏑ — — — — Phil. 1192.

⏑̄ — — — — ⏑⏑ — El. 121. 122. 137. 138. Metr. p. 62.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — — Oed.C. 239. 1245. Metr. p. 81. Fritzsch. spec. V, 3.

pentam. ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — Ai. 225. 249.

⏑̆ ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — Phil. 678. 693.

⏑⏑ ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Phil. 1178.

Versus choriambici in logaoedicis.

Fritzsche spec. V, 10.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Ai. 226. Tra. 521. Phil. 1180 Dind. Herm. elem. p. 431.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — Ant. 608. Ai. 1185. Metr. 499. Hephaest. p. 56. Herm. elem. p. 423.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — Phil. 1100. 1121.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Ant. 139. Phil. 1181.

⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — Phil. 1140. 1161.

vers. choriambici c. anacr.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — — Ant. 606. Metr. p. 499. Hephaest. p. 70. Herm. elem. 433.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑̄ — Tra. 851. Metr. p. 500 annot.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Ai. 1202.

— ⏑̄ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑̄ — El. 834.

versus choriambici c. basi.

⏑̄ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — Ant. 970 = 981.

⏑̄ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — Oed. C. 701. Ant. 786. 944. Ai. 629. Phil. 202. 710. Herm. elem. p. 435.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ – Ant. 945. 949. 951. Phil. 706. 707. Hermann elem. p. 435.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – – El. 472. Herm. elem. p. 435.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Ai. 630.

⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Ai. 230. Metr. p. 530. cfr. Aesch. Sept. 892 = 903 ed. Herm.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Ant. 950.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – Oed. C. 694. Hephaest. 64. Metr. p. 502.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – Phil. 175. 715. Hephaest. 66. Metr. p. 501. Herm. elem. p. 436.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏓ – Phil. 681. Herm. elem. p. 437.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – Oed. C. 176. 510. 695.

⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – Oed. C. 704.

singulares versus choriambici.

⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – Ai. 1185. 1192.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – Ai. 399. 415.

⏑⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑⏑ – ⏑⏑ – Phil. 701 = (686 corr.).

⏑ ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Phil. 1184. 1185.

Systemata e versibus glyconeis composita.

Ex I. glyconeis.

Oed. R. 1212 sq. Phil. 687 sq. Tra. 118 sq. El. 1058 sq. 1066 sq.

Ex II. glyconeis.

Oed. C. 125 sq. 156 sq. 197 sq. 200 sq. 670 sq. 704 sq. 1211 sq. 1215 sq. Oed. R. 1186 sq. 1189 sq. 1193 sq. El. 1063 sq. Phil. 169 sq. 177 sq. 1087 sq. 1126 sq. (Ai. 596 sq.)

Ex III. glyconeis.

Ant. 106 sq.

Ex I. et II. glycon.

Ant. 332. Ai. 1205—1210. cfr. p. 28. Oed. C. 130 sq.

Ex II. et III. glycon.

Ant. 100 sq. 808—811. Phil. 1081 sq. Phil. 1123 sq.

VITA.

Natus sum Walterus Imm. Berger pridie Nonas Maias anni h. s. XLII Cottbusii patre Roberto matre Emilia, quos adhuc inter vivos esse laetor. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum primordiis imbutus auctumno anni LI h. s. gymnasium adii Cottbusiense, quod tum a Reuschero, postea a Tzchirnero postremo a Braunio regebatur, nunc Purmanno rectore floret. Post novem annos maturitatis testimonio instructus auctumno anni LX Halam me contuli studiis philologicis operam daturus ibique per duos annos scholis Bergki Bernhardyi Erdmanni Hupfeldi non sine magno fructu et gaudio interfui. Deinde auctumno anni LXII Bonnam migravi ubi per biennium studia mea Bernhardt Diez Gildemeister Loebell L. Schmidt Simrock Springer de Sybel Wachsmuth et prae ceteris Iahnius atque Ritschelius summa cum utilitate mea foverunt. Iahni et Ritscheli enim benevolentia mihi contigit, ut seminarii regii philologici per duo semestria sodalis essem ordinarius, deinde Iahni, ut per tria semestria sodalibus seminarii archaeologici ascriptus essem, Ritscheli, ut inter amanuenses bibliothecae regiae reciperer, quo munere per bis sex menses functus sum. Ut autem omnibus viris, qui studia mea aut scholis aut consilio adiuverunt, gratias ago quam maximas, ita prae ceteris Iahnium atque Ritschelium pia semper memoria colam.

SENTENTIAE CONTROVERSAE

I. *Εὐρυθμίας canone non admisso singuli versus in canticis dramaticorum recte disponi non possunt.*

II. *Aristid. Quintil. p. 39. sic emendandus:* δύο μὲν δοχμιακά, ὧν τὸ μὲν συντίθεται ἐξ ἰάμβου καὶ παίωνος διαγυίου, τὸ δὲ δεύτερον ἐξ ἰαμβικοῦ δακτύλου καὶ παίωνος (⏑–⏑–⏑–), εὐφυέστεραι γὰρ αἱ μίξεις αὗται κατεφάνησαν.

III. *Eurip. Troad. v. 1203 (Nauck) scribendum censeo:*

θνητῶν δὲ μῶρος ὅστις εὖ πράσσων δοκεῖ
βέβαια χαίρειν.

IV. *Eurip. Herc. fur. 495 (N.) propono:*

ἄρηξον, ἐλθέ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι·
σκιὰ γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σύ·
κακοὶ γάρ εἰσιν, οἳ τέκνα κτείνουσι σά.

V. *Eurip. Helen. 582 sq. (N.) conicio:*

Ἑλ. οὐκ ἦλθον εἰς γῆν Τρῳάδ', ἀλλ' εἴδωλον ἦν.
Μεν. καὶ τίς βλέποντ' ἀσώματ' ἐξεργάζεται;
Ἑλ. αἰθήρ, ὅθεν σὺ θεοπύνητ' ἔχεις λέχη.

VI. *Xenoph. Hellen. II, 3, 48. eis assentior, qui lacunam statuunt, quam sic expleverim:* τὸ μέντοι σὺν τοῖς δυναμένοις καὶ μεθ' ἵππων καὶ μετ' ἀσπίδων ὠφελεῖν [τοὺς ἄρχοντας, κρατεῖν, καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν καθιστάναι] διὰ τοῦτο τὴν πολι-

τείαν, πρότερον ἄριστον ἡγούμην εἶναι, καὶ νῦν οὐ μεταβάλλομαι.

VII. Plautus in Poen. I, 2, 63 scripsisse videtur:
Quoius ego uno nebulae cyatho septem noctes non emam.

VIII. Dramaticorum Graecorum diverbia ad certas responsionis leges disposita sunt.

IX. In primo gymnasiorum ordine Sophocles legendus est.

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 052 072 5

MAY 13, 1966